Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
8
8 E
49

Google

B. 9.

XII. 15.13

Decreta ⁊ acta Concilij Baſi
lienſis nuper Impreſſa
Cum gratia ⁊ pri
uilegio.

Spiritus domini ferebatur ſuper aquas



Spritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.

Reuerendi In Chriſto patris ſacrae theologiae ⁊ iuris vtriuſq3 doctoris Domini Zachariae Ferrerii Subaſienſis Abbatis Vicentini Praeambulum.

ETſi Baſilien. Concilium ab vniuerſis non accipiatur eccleſiis: q̄ tamen multorū patrum eminenti doctrina ac zelo munitum tanq̄ ſacræ Conſtantien. Synodi gloſa quædam ad bonorum inſtauratione morum chriſtianæ religioni hand minimum afferre poſſit. adminiculum poſt Conſtantien. illud ponere dignum exiſtimaui: ut iuxta apoſtolicum dogma probatis omnibus quæ bona ſunt teneātur: & e ſpinis roſas: e puluere aurum: e petra mel: & de duriſſimo oleum ſaxo colligi ualeat a quibuſcunq3. A Martino Quinto Pōtifice maximo indictum: ab Eugenio Quarto firmatum: deinde diſſolutum: rurſus ſtabilitum poſtremoq3 abrogatum bohemorum pernicioſiſſimos errores oblitterare plurimum laborauit: eundemq3 Eugenium ob ipſam diſſolutionem & obiectam deponens cōtumaciam Amedeum Sabaudiæ ducem qui in Ripallæ eremo anachoritica fruebatur conuerſatione in pontifice ſibi elegit: quintūq3 appellauit Fœlicem. Reuocatum uero ab præfato Eugenio idem Baſilien. Concilium Bononiam: deinde Ferrariam: demum Florentiam ob emergentes caſus tranſlatum eſt: ubi Conſtantinopolitani Imperatoris & graiorum antiſtitum præſentia non parum eſt illuſtrata eccleſia. Ibi quippe greci rationibus ſacriſq3 authoritatibus conuicti ſpiritum paracletum a patre & filio cōmuni ſpiratione procedere: purgatoriūq3 animarum locum iuxta occidentalis eccleſiæ euidentiſſimam ueritatem faſſi Romano Pontifici uero & unico Chriſti uicario colla ſubmiſere: in totoq3 terrarum orbe eum legitimum Petri ſucceſſorem cui & orientalis & occidentalis eccleſia merito parere debeat affirmarunt. Armæni quoq3 in eo cum Romana eccleſia omnium eccleſiarum magiſtra conuenerunt. Eugenio autem uita functo: & Nicolao quinto emeritiſſimo pontifice eidem ſuffecto Fœlix ipſe ob uniuerſæ religionis tranquillitatem (quæ tunc maximo ſciſmate laborabat) diuerſorum accedente principum interuentu ſponte pontificatui cedens ſabinus pontifex & Sabaudiæ legatus cōſtituitur: inter ſacratiſſimos Cardinales uiros primum gradum promeretur: ac ut memoratæ Baſilien. ſynodi plurima ab dicto Nicolao Pontifice maximo per ap. litteras approbarentur geſta facile obtinet. Litteræ eedem eam ob cauſam in calce ſunt poſitæ.

In nomine ſancte ⁊ indiuidue trinitatis fe

liciter amen. Cenſet utiqꝫ dignum & congruū ꝓut id ſingulariter expoſcit nimi
um labilis hominū memoria: ut eaqꝫ per ſacrorū gn̄alium Cōciliorum ſanctio
nes ad dei laudem & cōmunem reipublice utilitatē fore noſcuntur inſtituta de
bite ſcripture cōmendent: ut per hāc iugis eorum ēt ad poſteros tranſeat recor
datio. Hinc eſt igitur q̄ in ſubſcriptis cōtinent: & ſunt de uerbo ad uerbū inſer
ta decreta cōſtitutiones acta ordinatiōes ceteraqꝫ geſta in ſacro generali Baſili
enſi cōcilio preſidēte in eodem auctoritate apoſtolica Reuerendiſſimo in xp̄o
patre dn̄o Iuliano miſeratiōe diuina ſacroſancte Romane eccleſie ſancti An
geli dyacono Cardinali apoſtolice ſedis legato. Collecta uiſa & ordinata per nos ꝓthonotarios notarios
& ſcribas infraſcriptos: ad id per dictum dn̄m preſidētem ſacro eodem approbāte Cōcilio deputatos. Sub
annis inditionis diebus horis menſibus & pontificatu inferius annotatis & deſcriptis.

Anno ſiquidem a natiuitate dn̄i Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoprimo Inditione nona die
autem ueneris ſeptima menſis decembris pontificatus ſanctiſſimi In chriſto patris & dn̄i no-
ſtri dn̄i Eugenii diuina prouidentia pape quarti anno primo prefato Reuerendiſſimo patre dn̄o Cardina
li preſidente & legato iam per menſes aliquot in ciuitate Baſilien̄. natiōis Germanice prouincie Biſuntin̄.
predicti generalis Concilii adiuuante dn̄o cōgregatione & celebratione inibi iuxta mandatum apoſtoli-
cum alias ſuper hoc ſibi directum & infra plenius inſertum legitime faciendum perſonaliter exiſtente.
Cōuocatis itaqꝫ iam per eum dicta auctoritate huius rei cā ad dictam ciuitatē Baſilien̄. de diuerſis mun-
di partibus pluribus dn̄is prelatis necnō perſonis aliis & uiris eccleſiaſticis qui de iure uel cōſuetudine ad
Concilium generale uenire tenentur: ac etiam quāpluribus aliis ad dictum concilium conuocatis: eiſqꝫ una
cum dicto dn̄o preſidente legato in certa aula domus eccleſie ſancti Leonardi Baſilien̄. in qua ſoliti ſunt
pro conciliis tenendis in unum conuenire ad hoc ſpecialiter congregatis unanimi inter eos inito conſenſu
extitit ordinatum & decretu: inprimam dicti generalis Concili Baſilien̄. ſeſſionem tenendam fore auctore
dn̄o atqꝫ celebrandam die ueneris extunc proxime futura quartadecima predicti menſis decēbris in eccle
ſia cathedrali Baſilien̄. prout in cedula cuius tenor inferius prio loco deſcribit̄ plenius ꝯtinetur: quā cedulā
i multis duplicatā & trāſſumptam: iuſſit idem dn̄s preſidens ob dicte prime ſeſſionis publicationē facien
dam in pluribus dicte ciuitatis eccleſiarum ualuis affigi pariter & apponi cuius tenor ſequitur & eſt talis.

Ad laudem omnipotentis dei exaltationemqꝫ fidei catholice necnon tranquillitatem & pacem
totius chriſtianitatis reformationē queqꝫ uniuerſalis eccleſie ac populi chriſtiani.
Ex parte Reuerēdiſſimi In Chriſto patris & domini dn̄i Iuliani miſeratione diuina ſacro ſancte romane
eccleſie ſancti Angeli dyaconi cardinalis in preſenti ſacro generali ꝯcilio Baſilien̄. auctoritate apoſtolica
preſiden̄. ſpecialiter deputati approbatiōe dicti ſacri generalis cōcilii intimatur per preſentes oībus & ſin
gulis in hoc ipſo generali cōcilio Baſilien̄. intereſſentibus & intereſſe debentibus q̄ auctore deo die ue-
neris proxima poſt inſtans feſtum ſancte Lucie que erit quartadecima mēſis huius decēbris prima eiuſdē
ſacri generalis concilii Baſilien̄. ſeſſio celebrabit̄ in eccleſia cathedrali ciuitatis huius Baſilien̄. hora nona
eiuſdē diei a media nocte in antea cōputando. Ideoqꝫ ꝑcipitur & mandatur oībus & ſingulis in predicta
ciuitate Baſilien̄. ad cauſam dicti ſacri concilii iam exiſtentibus: ceteriſqꝫ ad quorum noticiam preſentes
deuenerint in dicto cōcilio intereſſe debentibus: qui tūc cōmode perſonaliter intereſſe poterūt in eodem:
quatenus dictis die & hora in eccleſia predicta perſonaliter & debite cōpareant: ſub penis iuris niſi legi
timo prepediti fuerint impedimento. Datum Baſilee die ſeptima dicti menſis Decembris. Anno a natiui
tate dn̄i Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoprimo pōtificatus ſanctiſſimi domini noſtri pape Eugenii
quarti anno primo ſub ſigillo conſueto dicti domini preſidentis in teſtimonium premiſſorum.

Dicta die ueneris quartadecima predicti menſis Decembris Anno inditione hora & pontificatu q-
bus proxime ſupra ſacroſancta generali Synodo Baſilien̄. predicta dicto dn̄o Cardinali le-
gato auctoritate qua ſupra preſidente legitime ubi ſupra congregata celebrataqꝫ ibidem ſolēni miſſa de
ſpirituſancto per reuerendum In chriſto patrem dn̄m Philibertum dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopū
Conſtantien̄. prouintie Rothomagen̄. Inſuper cantatis & lectis letaniis antiphonis aliiſqꝫ deuotis ora-
tionibus in talibus ordinatis: deoqꝫ ſuppliciter & deuote exhibitis. Idem dn̄s Cardinalis preſidens i pon
tificalibus ſedens ſuper cathedram ad hoc ſibi preparatam aliiſqꝫ ſingulis prelatis tūc ad premiſſa aſtan
tibus in pontificali hābitu ſimul cū mitris planis capitibus eorum impoſitis exiſten̄. gratum ſermonem ad
Synodū predictam ſacroſanctam habuit: ſumens pro themate ſuo. Mundamini qui fertis uaſa dn̄i. Eſaie
lii. in quo plerūqꝫ ſalubri exhortatiōe: ac ſecūdum q̄ tali cōueniebat ex:mie ꝯgregationi & in primordio
talis actus decuit oēs de puritate mūdicia: & uite integritate ſoleiter in caritate non ficta admonuit preci
pueqꝫ exhortatus eſt: ut p celebrationē deo gratā ꝑſentis ſacri ꝯcilii eccl'ie uli: de neceſſario & utili ut ue-

re decet uiros eccleſiaſticos cõſtanti & bono animo iugiter adeſſent:uigilarẽtq3 ac diligẽtius intenderent
ad profectum & utilitatem reipublice chriſtiane feliciter peragẽdum.Quo quidem ſermone per eũ tandẽ
finito memoratus dñs Philibertus eṗs Conſtañ.eminẽtem thalamũ aſcẽdit:ibiq3 de mãdato dicte ſacre
Synodi perlegit alta & intelligibili uoce:ut ab oĩbus aſtantibus audiretur : hec que infra de uerbo ad uer
bum inſeruntur:aſtantibus ibidem nonnullis uenerabilibus & egregiis uiris dominis Ambaſiatoribus ſere
niſſimi & Illuſtriſſimi principũ dominorum Regis Romanorum ſemper auguſti: & ducis Amedei Sabau
die necnon uiris illuſtribus dominis aliis quãplurimis.

Decreta & cetera lecta in prima ſeſſione Sacri generalis concilii Baſilenſis.

Domnipotentis dei gloriam fidei catholice exaltationem chriſtianeq3
religionis profectum iacens fundamentum in illo
ſummo angulari lapide chriſto Ieſu in quo omnis edificatio cõſtructa creſcit in templum
a ſanctum in domino ſacroſancta ſynodus Baſilieñ.uniuerſalem eccleſiam repñtans in ſpi
ritu ſancto legittime cõgregata:preſidẽte Reuerẽdiſſimo in chriſto patre dño Iuliano ſan
cte Romane eccleſie ſancti angeli dyacono Cardinali apoſtolice ſedis legato:attendens
ꝙ ſacra generalis ſynodus Cõſtantieñ.in ſpiritu ſancto celebrata ſalubre exiſtimãs & multimode ſructuo
ſum in ſancta dei eccleſia generalia cõcilia frequentari hoc ſuo decreto conſtituit huiuſmodi ſub tenore.

De celebratione Conciliorum.

Frequens generalium cõciliorum celebratio agri dominici precipua cultura eſt q̃ uepres ſpinas
& tribulos hereſum errorum & ſciſmatũ extirpat:exceſſus corrigit : deformata refor
mat & uineam domini ad frugẽ ubertime fertilitatis adducit:illorum uero neglectus premiſſa diſſeminat
atq3 ſouet:hec preteritorum temporum recordatio & pñtium conſideratio ante oculos noſtros ponunt.
Quapropter hoc edicto perpetuo ſancimus decernimus atq3 ordinamus : ut ammodo concilia generalia
celebrentur.Ita ꝙ primum a fine huius concilii in quinquennium immediate ſequens . Secundum uero a
fine illius immediate ſequentis concilii in ſeptẽnium:& deinceps de decennio in decennium perpetuo cele
brentur in locis que ſummus pontifex per mẽſem ante finem cuiuſlibet cõcilii approbante & conſentiente
cõcilio uel in eius defectum ipſum concilium deputare & aſſignare teneatur.Vt ſic per quãdam cõtinua
tionem ſemper cõcilium uigeat aut per termini pendẽtiam expectetur:quem terminum liceat ſummo pon
tifici de fratrum ſuorum ſancte Romane eccleſie Cardinalium ꝯſilio:ob emergeñ.forte caſus abbreuiare:
ſed nullatenus prorogare:locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum abſq3 euidenti neceſ
ſitate non mutet.Sed ſi forte caſus aliquis occurrerit quo neceſſarium uideret ipſum locum mutari puta
obſidionis guerrarum peſtis aut ſimilis:tunc liceat ſummo pontifici de predictorum fratrum ſuorum aut
duarum partium ipſorum conſenſu atq3 ſubſcriptione alium locum prius deputato loco uiciniorem & ap
tum ſub eadem tñ natione ſubrogare:niſi idem uel ſimile impedimentũ per totam illam nationẽ uigeret:
tũc ad aliquẽ aliũ uiciniorẽ alterius nationis locũ aptum hõmi cõciliũ poterit ꝯuocari:ad quẽ ṗlati & alii
q ad ꝯciliũ ſolẽt ꝯuocari accedere teneant̃:ac ſi a pricipio locus ille fuiſſet deputatus.Quã tñ loci mutatio
nem uel termini abbreuiationem per annum ante prefixum terminũ teneatur ſummus pontifex legittime
& ſolẽniter publicare & intimare ut ad ipſum conciliũ celebrandũ ṗdicti poſſint ſtatuto termino ꝯuenire.

Electio ciuitatis Baſilienſis.

Atq3 pro ipſius executõe decreti ciuitas Papie apud Italiã fuit electa pro generali Cõcilio in fine
tũc ꝓxime ſequẽtis quinquẽnii celebrãdo.Quod qdẽ Cõcilium ſuo debito tpe in dicta
ciuitate Papie celebrari extitit incohatum: & inde certis ex cauſis ad Ciuitatem Seneñ.trãſlatum.In quo
quidem generali Concilio Papie incohato:& in Seneñ.Ciuitate celebrato hec Baſilieñ. Ciuitas pro cele
bratione tunc futuri generalis Concilii poſt ſeptẽnium a fine ipſius Seneñ.Concilii celebrandi fuit electa
& debite aſſignata:ut conſtat in inſtrumento publico inde confecto huiuſmodi ſeriei.

In nomine dñi amẽ.Tenore pñtis publici inſtri cũctis pateat euidẽter & ſit notum ꝙ anno a
natiuitate eiuſdẽ dñi Milleſimoquadringẽteſimouigeſimoquarto Inditione ſecũda
die uero ſabbati.xix.Mẽſis Februarii hora tertiarũ uel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in xṗo patris & dñi
noſtri dñi Martini diuina ꝓuidẽtia pape qnti anno ſeptimo uigẽte & durãte ſacro ſancto generali Cõcilio
Seneñ.in ciuitate Senarũ ac ṗſidẽtib⁊ eidẽ ꝯcilio uice & noie ṗfati dñi nr̃i pape.Et ꝓ eo Reuerẽdiſſimis
in xṗo pñb⁊ & dñis dñis dei & aplice ſedis gratia Petro archieṗo Creteñ.Iacobo eṗo Spoletano:Petro
abbate de Roſatio Aquilegieñ.diocesis:& Leonardo de florẽtia magiſtro & gñali ordinis ṗdicatorũ p eũ
dẽ dñm noſtrũ papã ad infraſcripta ſpãliter deputatis & ordinatis:idẽ dñi ṗſidẽtes quãdã ꝯuocationẽ depu
tatorũ oĩum inclytarũ nationũ pñtis ꝯcilii Seneñ.ſup electiõe loci futuri ꝯcilii fecerũt.In qua affuerũt ṗ
dicti dñi ṗſidẽtes cõcilii una cũ ſingulis Reuerẽdis pñb⁊ ac uenerabilib⁊ & circũſpectis uiris oĩum quoq3
nationũ uidelz ꝓ italia ꝓ pte ṗlatorũ:& aliorũ de extra territoriũ Seneñ.dñi Petrus ſanct⁊ eṗs Caſtreñ.
& Dñicus de ſancto geminiano decretorũ doctor camere aplice auditor.Pro pte ṗlatorũ & aliorũ haben

tiū titulos in territorio Seneñ. dñs Nicolaus abbas ſancti Donati ordinis uallis umbroſe ſe nō habere mā
datū ad actū infraſcriptū faciēdum dicētes: ſed ad audiēdū & referēdum quorū qlibet ſe dictā Italiā natio
nem repñtare aſſerebat. Pro natōe Gallicana Reuerendi patres & dñi dñi Guilhermus eps Caualliceñ.
Ludouicus de palude regalis trenorcheñ. ordinis ſancti Bñdicti Cabiloneñ. dyoc. & Iohānes urſicampi
ordinis Ciſtercieñ. Nomonieñ. dyoceſis abbates. Pro natiōe Germanica reuerēdus pater dñs Hartūgus
de cappel decretorū doctor ſacri palatii aplici cāuſarum auditor: ac uenerabilis & religioſus uir frater Theo
doricus de andel monachus ordinis premonſtrateñ. in decretis licētiatus eiuſdē ordinis ꝓcurator. Pro na
tione hyſpanica Petrus alfonſi abbas ſancti uincētii: & Canonicus eccleſie Tolletañ. qui tñ dixit ſe non
habere aliqđ mādatum a natione ſua ad hūc actum faciēdum niſi ſolū ad audiēdum & referēdum: de quo
ēt fuit ſolēniter ꝓteſtatus. Pro natione anglie reuerēdus pater & dñs dñs Frāciſcus eps Aqueñ. & uenera
bilis uir magiſter Thomas de Merdona canonicus aſtoloeñ. in ſacra pagina bacalarius. Qui deputati ſu
pradicti ſingulariter ſinguli ad infraſcripta mādata ſua in publicā formā de territorio Seneñ. & natōe Hy
ſpanie exceptis Senis in capella domus oparii maioris eccle Seneñ. prope eādem eccleſiā ſita ꝓduxerūt:
& qlibet eorū ꝓduxit. Quibus ſic ꝯgregatis ac miſſarū ſolēniis aliiſqꝫ cerimoniis debitis & cōſuetis ibidē
cōpletis: ſupradicti dñi deputati ſingularū nationū ad infraſcripta ſingularia mādata de qbus per inſtra pu
blica ſignis & ſubſcriptione notariorū publicorū tūc ibidē pñtiū ſignata & ſubſcripta legittimam fecerunt
fidē & ad hmōi electionē loci p ordinē ꝓceſſerūt. Et inter cetera quāplurimis allegatōibus ꝓpoſitionibus
altercationibꝰ diſſenſionibꝰ diuerſorū locorū & ꝓuinciarum hincinde inter ipſos deputatos habitis atqꝫ
factis: demū ꝓ loco futuri & tūc celebrādi cōcilii ꝓximo ſecuturi iuxta formā & tenorē decreti ſiue ꝯſtitu
tionis cōcilii Conſtañ. deſup factis ciuitatē Baſilieñ. in natiōe Germanica conſiſtentē: & in ꝓuincia Biſun
tinenſi tanq̄ habilē ſufficiētem & idoneam ex ipſorū certa ſciētia unanimiter & cōcorditer nominauerūt &
elegerūt dictis tñ Nicolao ſancti Donati: & Petro alfonſi abbatibus pro tūc expreſſe nō cōſentientibus.
Quo loco ſic per ipſos dños deputatos electo ſupradicti dñi quattuor preſidētes concilii ex parte dñi no
ſtri pape dictum decretum ſiue cōſtitutionem cōcilii Cōſtañ. in quo cōtinetur de modo eligēdi loca conci
liorum: necnon litteras apoſtolicas dñi noſtri pape p̄dicti eius uera bulla plūbea ut prima facie apparebat
more Romane curie munitas ſuper poteſtate dictis dñis preſidētibus ad preſentem actū a dño noſtro pa
pa predicto cōceſſa per uenerabilē uirum dñm Michaelē de piſis decretorū doctorem: & p̄fati dñi noſtri
pape ſecretariū ibidē preſentē publice alta & intelligibili uoce corā dñis preſidētibus deputatis nationuꝫ
aliiſqꝫ ſupradictis infraſcriptorū tenorū legi & publicari fecerūt. Tenor uero decreti ſequitur & eſt talis.

Frequens generaliū Cōciliorum celebratio agri dñici p̄cipua cultura eſt q̄ uepres ſpinas & tri
bulos hereſum erroruꝫ & ſciſmatū extirpat: exceſſus corrigit: deformata reformat: &
uineam dñi ad frugem uberrime fertilitatis adducit. Illorum uero neglectus p̄miſſa diſſeminat atqꝫ fouet
hec preteritorū temporum recordatio & pñtium cōſideratio ante oculos noſtros ponūt. Quapropter hoc
edicto perpetuo ſancimus decernimus atqꝫ ordinamus ut ammodo cōcilia generalia celebrētur. Ita q ꝓ
ximum a fine huius cōcilii in quinquēnium imediate ſequēs. Secūdum uero a fine illius imediate ſequētis
cōcilii in ſeptēnium: & deinceps de decēnio in decēnium perpetuo celebrētur in locis que ſummus ponti
fex per mēſem ante finem cuiuſlibet cōcilii approbāte & cōſentiente cōcilio uel in eius defectu ipſum cō
cilium deputare & aſſignare teneatur: ut ſic per quādam cōtinuationem ſemper aut cōcilium uigeat aut p
termini pendentiā expectet: quē terminū liceat ſummo pōtifici de fratrum ſuorū ſancte Romane eccleſie
Cardinaliū cōſilio: ob emergeñ. forte caſus abbreuiare ſed nullatenus prorogeř: locum aūt pro futuro con
cilio celebrādo deputatum abſqꝫ euidēte neceſſitate nō mutet. Sed ſi caſus forte aliqs occurrerit quo ne
ceſſarium uideretur ipſum locum mutari puta obſidionis guerrarum peſtis aut ſimilis: tunc liceat ſummo
pontifici de predictorum fratrum ſuorum: aut duarum partium ipſorum conſenſu atqꝫ ſubſcriptione alium
locum prius deputato loco uiciniorem & aptum ſub eadem tamen natione ſubrogare niſi idem uel ſimile
impedimentum per totam illam nationem uigeret: tunc ad aliquem alium uiciniorem alterius natiōis locū
aptum hmōi concilium poterit cōuocare: ad quem prelati & alii qui ad cōcilium ſolent cōuocari accedere
teneātur: ac ſi a principio locus ille fuiſſet deputatus: quam tamen loci mutationem uel termini abbreuia
tionem per annum ante prefixum terminum teneatur ſummus pontifex legittime & ſolēniter publicare &
intimare ut ad ipſum cōcilium celebrandum predicti poſſint ſtatuto termino conuenire.

¶ Tenor bulle talis eſt.

Martinus eps ſeruus ſeruorum dei uenerabilibus fratribus Petro archiepo Creteñ. & Iacobo
epo Spoletāo: ac dilectis filiis Petro abbati de Roſatio ſcti Petri Aquilegieñ. dyoc.
necnō Leonardo de florētia ordinis fratrum predicatorū ac ſacre pagine ꝓfeſſori ac eiuſdē ordinis gñali
magro noſtris & apſice ſedis nunciis. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Nuper ſiquidem cupientes
generale conciliū iuxta deliberationē & ordinationem ſancte Synodi Conſtantieñ. ad deputationem loci
olim eadem approbante ſynodo per nos factam in ciuitate Papie auctore dño celebrari: ut illa in eo ſta

tuerentur & fierent que cederent ad laudem dei & bonũ publicũ eccleſie ſue ſancte uos ad ciuitatem pre-
dictam pro futuro ibidem tenendo & celebrando concilio generali noſtros & apoſtolice ſedis nuncios de
fratrum noſtrorum conſilio prouidimus deſtinandos uobis inter cetera nomine & auctoritate noſtris ipſi
conſilio preſidēdi: & inibi pro ueſtra ſapientia illa prouidendi deliberandi ſtatuendi decernendi & conclu-
dendi: que ad conſeruationem & augmentum religionis & fidei chriſtiane ac reformationem cleri & ſtatꝰ
eccleſiaſtici pertinent poteſtatem plenariam concedentes: prout in aliis noſtris litteris plenius continetur.
Nos igitur attendentes ut in bene gerendis rebus dicti concilii eo utilius & perfectius proficere ualeatis:
quo ampliori fueritis per nos auctoritate muniti. Et ne propter aliquem caſum qui ſolet quandoqꝫ contin
gere celebratio & continuatio eiuſdem concilii retardetur opportune prouidere uolentes: diſcretioni ueſtre
ubi legittima cauſa ſubſiſtat ipſum concilium de ciuitate predicta ad quamcunqꝫ ciuitatem aliam eiuſdē
nationis ad hoc liberam habilem & ſufficientem de qua uobis uidebitur auctoritate noſtra transferendi
illudqꝫ prorogandi mutandi & diſſoluendi: ipſumqꝫ concilium in huiuſmodi alia ciuitate ad quam id for-
ſan tranſ ferri & mutari contigerit continuandi tenendi & celebrandi: & ad illud prelatos & alios euocan
di: eiqꝫ nomine & auctoritate predictis preſidendi: & in eo quecunqꝫ decreta eodem approbante concilio
ordinandi ſtatuendi & decernendi illaqꝫ in publicis ſeſſionibus iuxta morem ſolenniter publicandi & ap-
probandi: ut nihilominus ante diſſolutionem preſentis concilii locum pro alio futuro concilio inde ad ſe-
ptennium celebrando iuxta deliberationem & ordinationem predictas: etiam ante menſem ubi rationa-
bilis cauſa eſſet ne aliquo modo huiuſmodi loci deputatio differatur nominandi deputandi & aſſignandi:
& alia in premiſſis omnibus agendi diſponendi ſtatuendi & exequendi ac concludendi que pro ſtatu ho-
noreqꝫ noſtris & Romane ecccleſie: ac trãquillitate & pace reipublice chriſtiane noueritis profutura ple-
nam & liberam de dictorum fratrum conſilio auctoritate apoſtolica tenore preſentium concedimus facul
tatem: ratum & gratum habituri quicquid per uos ſuper premiſſis i eodem concilio propoſitum delibera
tum ſtatutũ & decretũ fuerit ac cõcluſum. Idqꝫ faciemus auctore dño uſqꝫ ad ſatiſfactionē cõdignã inuio
labiliter obſeruari. Datũ Rome apud ſanctũ Petrum. viii. Kalendas Martii pontificatus nři anno ſexto.

Quibus quidē decretis & litteris apoſtolicis ſic lectis & publicatis predicti domini quat
tuor preſidentes ibidem preſentes per organum dicti Reuerendiſſimi pa-
tris domini Petri archiepiſcopi Creteñ. unius ex ipſis preſidētibus in ipſum locum uidelicet ciuitatem Ba
ſilieñ. ſic ut premittitur per ipſos dominos deputatos electam conſenſerunt: ac eandem ciuitatē Baſilieñ.
in prouintia Byſuntina conſiſtentem una cum dictis dominis deputatis nationum & ipſi deputati natio-
num uidelicet italice extra territorium Seneñ. Gallicane germanice & anglicane iuxta dicti decreti Con-
ſtantieñ. concilii uim formam & tenorem: ac poteſtatis a domino noſtro papa predicto eis tradite ut pre-
mittitur & conceſſe elegerunt & nominauerunt ac ciuitatem ipſam habilem & ydoneam pro loco futuri
proxime celebrandi concilii deputarunt aſſignarunt & pronunciarunt. Proteſtantes tamen ꝙ propter hoc
ipſum concilium Seneñ. non cenſeatur diſſolutum eſſe. Sed ꝙ ipſi preſidentes cum inclytis nationibus ad
omnem reformationem hic poſſibilem concurrere uellent. Et hoc idem prefati deputati per ordinem ſimi
liter fuerunt proteſtati quilibet pro natione ſua ꝙ ad reformationē hic poſſibilem attendere uellent. Quo
loco taliter electo & pronunciato ac aſſignato & deputato: uocati fuerunt in locum dicte congregationis
Reuerendiſſimi pr̃es & dñi dñi Iohãnes archiepũs Tolletanus nationis hyſpanice preſidens: Iohãnes
archiepiſcopus Rothomageñ. nationis gallicane preſidens: Richardus electus Eboraceñ. anglicane na-
tionis preſidens. Et andreas epũs poczanieñ. In quorum preſentia dicta loci electio fuit ſolenniter pu-
blicata: & per ipſos dominos archiepiſcopos & epõs approbata & confirmata. Excepto ꝙ dictus reuerē
diſſimus pater dominus Iohãnes archiepiſcopus Tolletañ. hyſpaniarum primas regniqꝫ caſtelle maior
cancellarius: & ſupradicte nationis hyſpanice preſidens: ad dictam electionem reſpondit ſe habere duas
uoces: unam ut preſidens nationis ſue hyſpanice: aliam uero ut archiepũs & primas hyſpaniarũ. Quan-
tum ad primam uocem non poſſet conſentire: niſi requiſita & conſentiente natione ſua predicta: Quantũ
uero ad ſecundam uocem uidelicet ut archieps̃ & primas dixit ſe conſentire: & expreſſe conſenſit. De &
ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis ſic actis factis & geſtis: prefati domini preſideñ. dñi noſtri pa
pe: necnon deputati ſupradicti per ordinem ac honorabilis uir magiſter Martinus vvelle clericus Sam-
breñ. dyoc. in decretis bacalarius: ac domini noſtri pape prefati procurator fiſcalis: & huiuſmodi ſacri Se-
neñ. concilii procurator ſibi a me notario publico infraſcripto & aliarum nationum notariis ibidem tunc
preſentibus fieri petierunt: & quilibet eorum fieri petiit atqꝫ tradi unum uel plura publicum ſeu publica
inſtrumentum aut inſtrumenta. Acta fuerunt hec Senis ſub anno inditione die menſe hora loco & pon-
tificatus quibus ſupra preſentibus ibidem uenerabilibus ac honorabilibus & diſcretis uiris dominis Do
minico de crepoiıica apoſtolice camere clerico Michaele de Piſis ſupradicto decretorum doctoribus: nec-
non magiſtris Antonio olim Michaelis de ſancto Geminiano curie cauſarum camere apoſtolice & italice
de extra territoriũ Seneñ. Hermãno yoynem de Rocken clerico monaſterieñ. dyoc. apoſtolica & iperiali

auctoritatibus ac inclite nationis Germanice in predicto cõcilio Seneñ. notariis: necnon Laurẽtio ſtaffor
de Anglicane nationis predictarum notariis clericis florentiñ. monaſterieñ. ac linchonicñ. dioc. ac Frãciſ-
co de Bononia ſeruieñ. armorum dñi nſi pape predictis teſtibus ad premiſſa uocatis ſpẽaliter atqȝ rogatis

¶ Subſcriptiones notariorum.

Et ego Petrus clerici clericus Ambianeñ. dyoc. magiſter in artibus publicus auctoritate apoſtolica
ac inclite nationis gallicane i predicto ſacro concilio Seneñ. notarius: qꝛ hmõi electiõi pro
nunciationi aſſignationi & deputationi loci futuri concilii ut premittitur proxime celebrandi preſens fui:
eaqȝ ſic fieri uidi & audiui ideoqȝ hoc preſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum: exin
de confeci ſubſcripſi & publicaui ſignoqȝ & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui in fidem & teſtimoni
um omnium & ſingulorum premiſſorum requiſitus & rogatus.

¶ Alter notariorum.

Et ego Laurentius Staforde clericus Linchonieñ. dyoc. publicus auctoritate apoſtolica ac iclytẽ
nationis anglicane in predicto ſacro Seneñ. concilio notari⁹ premiſſis omnibus & ſingulis
una cum prenominatis teſtib⁹ & notariis preſens fui eaqȝ ſic fieri uidi & audiui: & exinde hoc inſtrm per
aliũ fideliter ſcriptũ ſigno meo ſolito cũ dicto notario requiſitus ſignaui in teſtimoniũ omniũ premiſſorũ.

¶ Initium & approbatio concilii Baſilieñ.

Cum uero finis inſtaret ſeptẽnii quod eſt tempus ex preinſerto concilii Cõſtantieñ. decreto celebrã
tioni huius concilii prefinitum: felicis recordatõis dñs Martinus quintus ſancte romane ac uni
uerſalis eccleſie tunc preſidens põtifex uolens celebrationem generalis concilii fieri iuxta prememoratum
decretum cui tamen pp etatem decrepitam & multiplices ſui corporis morbos in perſona propria non po
terat preſidere dictum dominum Iulianum ſancte Romane eccleſie ſancti angeli dyaconum cardinalem
de fratrum ſuorum conſilio ad celebrandum ipſum concilium ac eidem uice & loco ipſius ſummi pontifi-
cis preſidendi ſuum ac ſedis apoſtolice deſtinauit legatũ per ſuas apoſtolicas litteras: ut ecce.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei dilecto filio Iuliano ſancti angeli diacono Car
dinali apoſtolice ſedis legato: ſalutem & apoſtolicam benedictio
nem. Dum onus uniuerſalis gregis dominici ſuperna diſpoſitione nobis iniunctum diligenter attendimus
& quod ſingulis chriſtiane reipublice occurrentibus per nos ipſos debitum apoſtolice ſeruitutis exequi
non poſſumus animo noſtro reuoluimus nõnunquã uiros fide feruẽtes dignitate ac ſcientia preditos & re
rum agẽdarum experiẽtia cõſpicuos in partem nſorum & eccleſie Romane negociorũ aſſumimus ut dum
tempus poſtulat eorũ operatoibus uices nſas ſupplentes miniſteriũ nobis cõmiſſum diuina aſſiſtente grã
iuxta uires nobis ex alto cõceſſas exequi ualeamus. Dudum ſiquidem ſacrũ generale Conſtañ. concilium
ex certis cauſis tunc expreſſis ſtatuit & decreuit primũ generale cõciliũ in quinquẽnium extunc proxime
futurum: ſecundum uero a fine illius immediate ſequentis concilii in ſeptennium: & deinceps de decennio
in decennium perpetuo fore celebrandum in locis per Romanum pontificem per menſem ante finem cu-
iuſlibet concilii approbante & conſentiente concilio uel in defectum per ipſum concilium deputandis &
aſſignandis: ut illa que circa ſtatum & bonum publicum eccleſie ſancte dei agenda: & expedienda ri ſta-
bant matura poſſent deliberatione compleri: prout quantum in nobis fuit in concilio Seneñ. ultimo cele-
bratum factum extitit in quo per noſtros & ſedis apoſtolice nũcios tunc in dicto cõcilio Seneñ. preſiden
tes eodem approbante concilio ciuitas Baſilieñ. pro loco proxime futuri tunc in ſeptennium celebrandi cõ
cilii deputata extitit: prout in decreto prefati Seneñ. concilii & aliis noſtris litteris deſuper confectis ple-
nius continetur. Cum autem finis huiuſmodi ſeptennii quo concilium ipſum in eadem ciuitate Baſilieñ.
tenendum & celebrandum fore ſtatutum fuit inſtare noſcatur: cũqȝ propter notoriam egritudinem noſtrã
in ipſo futuro Baſilieñ. concilio deo auctore celebrando iuxta deſyderium cordis noſtri intereſſe non poſ-
ſimus: te uite integritate & ſapientia preclarum & magnitudine conſilii conſpicuum: ac in maximis noſtre
& prefate eccleſie negociis diuturna experientia comprobatum legatum cum plena & omnimoda pote-
ſtate legati de latere de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtolica tenore preſentium facimus con
ſtituimus: & etiam ordinamus: teqȝ ad ciuitatem Baſilieñ. predictam pro futuro ibidem auctore domino
tenendo & celebrando concilio generali iuxta deliberationem & ordinationem prefatas tanquam angelũ
pacis deſtinandum prouidimus. Et cum ſuper omnia in ipſo futuro concilio ad reformandum ſtatum eccle
ſiaſticum qui hoc indigere uidetur abundante nequitia & frigeſcente charitate hominum: ſuſcitatis inter
fideles bellis & diſcordiis ac inualeſcente in pluribus mondi partib⁹ heretica prauitate: ad huiuſmodi he-
reſes extirpandas: & pacem inter catholicos principes: & ceteros chriſtianos cõponendã animũ efficaciter
intendamus: ſuper qua re quantum in nobis fuit dedimus operam efficacẽ tibi nomine & auctoritate nſis
ipſi ↄcilio pſidẽdi: ac in illo ꝑ tua ſapiẽtia illa proponendi: deliberandi: ordinandi: ſtatuendi: & decernendi
que ad laudem & honorem dei & conſeruatiõem & augmentum religionis xp̃iane reformationem quoqȝ
totius cleri & eccl'iaſtici ſtatus in moribus & uita: necnon reductionẽ oriẽtalis eccl'ie: & quorũlibet aliorũ

oberrantium ad gremium eccleſie militantis ac conſeruatiōem eccleſiaſtice libertatis ſalutem quoqꝫ quie
tem & pacem regnorum regum:ducum:principum:& quorūlibet fidelium populorum noueris pertinere:
ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione:prout in tanta re conuenit ea omnia ꝓponēdi de
cernendi:cōcludendi:& exequēdi:ꝑ que hereſes & errores tam de Bohemia q̃ de aliis quibuſcūqꝫ regnis
ꝓuintiis terris & locis in quibus ſunt penit⁹ extirpētur. Et nihilominus de ꝑmiſſis hereſim: & q̄buſcūqꝫ
aliis cauſis fidē catholicā cōcernētibus quōlibet cū ↄſilio dicti ↄcilii cognoſcēdi:illaqꝫ per te uel ꝑ aliū ſeu
alios a te deputādos audiēdi decidēdi:& fine debito cū ꝑfato cōcilio terminādi.Et cōtradictores quoſlibꝫ
& rebelles cuiuſcūqꝫ ſtatus gradus ꝑeminētie uel cōditiōis exiſtāt:& quauis eccl'iaſtica uel mūdana:ēt ſi
regali uel pōtificali ꝑfulgeāt dignitate auc̄te nr̄a per cenſurā eccleſiaſticā:& alia iuris remedia appellatōe
poſtpoſita ↄpeſcēdi & ſup hiis quotiēs opus fuerit auxiliū brachii ſecularis inuocādi oiaqꝫ alia & ſingula
in eodē Baſilieñ.ↄcilio:agēdi:tractādi:diſponēdi:ſtatuēdi:declarādi:decernēdi:& ↄcludēdi:que in ꝑmiſſis
& circa ea pro ſtatu nr̄o & eiuſdē eccleſie:ac ſalute animarū fideliū extirpatiōe hereſum & errorū de agro
dn̄ico reductiōe quoqꝫ oberrātiū populorū & cōſeruatione eccleſiaſtice libertatis: ac pro q̄eto ſtatu reipu
blice xp̄iane:necnō reformatione in oibus mēbris ſuis noueris ꝓfutura plenā & liberā auc̄te predicta te
nore pn̄tium ↄcedimus ptātem:ratū & gratum habituri:quicquid ſuper ꝑmiſſis per te una cum eodem Ba
ſilieñ.cōcilio ordinatum ſtatutum deliberatum:& decretum fuerit & ↄcluſum:idqꝫ faciemus auctore dn̄o
uſqꝫ ad ſatiſfactionem ↄdignam inuiolabiliter obſeruari.Quo circa circūſpectioni tue per apoſtolica ſcri
pta mandamus quatenus tibi iniunctum miniſterium laboris huiuſmodi ꝓ diuina & dicte ſedis ac noſtra
reuerētia:ſic in eodem futuro Baſilieñ.cōcilio dicto nomine pro tempore preſidens ad honorem dei eccle
ſie:atqꝫ noſtrum:ſalutem quoqꝫ & pacem populorum fidelium iuxta datam tibi a dn̄o prudētiam lauda
biliter exequaris:quo ex tuis fructuoſis operib⁹ fructus optati proueniāt quos ſperamus. Tuqꝫ deinde
illam que pias cauſas agentibus ſuperna retributione impēditur gloriam cōſequi merearis felicitatis eter
ne.Datum Rome apud ſanctos apoſtolos kaleñ:Februarii pontificatus noſtri anno.xiiii.

Stabilimentum cōcilii Baſilieñ.

Ipſe autem reuerendiſſimus dn̄s legatus mandatum apoſtolicum exequi cupiēs cum tp̄e quo iam in
ſtabat celebrationem cōcilii incohari circa expeditionem aduerſus peſtiferam hereſim huſſita
rum eſſet pro cauſa fidei admodum occupatus ſuas ad hanc ciuitatem uices gerētes deſtinare curauit:ac
poſtmodum q̄citius fuit poſſibile ad preſentem ciuitatē acceſſit ut iniūctum legationis officium poſſet in
celebratione hui⁹ generalis cōcilii preſtante diuini numinis gratia adimplere:prout etiā ſanctiſſimus dn̄s
noſter dn̄s Eugenius diuina prouidētia papa quartus repetitis ſue ſanctitatis litteris ſibi mādauit. In qua
ciuitate tam per tres menſes & ultra cum prelatis:& ceteris qui ad ipſam ciuitatē cauſa celebratiōis dicti
generalis cōcilii aduenerant quāplurimas cōgregationes fecit habuitqꝫ tractatus ſuper ipſius ſtabilimen
to:& celebratione cōcilii.Tādem decretum eſt preſentem ſolēnem fieri ſeſſionem.In qua primum cum ex
premiſſis cōſtet aperte quod hec ciuitas ſit locus celebrationi generalis cōcilii deputatus : & adſit a iam
diu citra tēpus ipſius cōcilii celebrādi ſacroſancteqꝫ ſedis apoſtolice nō deſit auctoritas decernit diffinit &
declarat:hac ciuitate & loco eſſe generale cōciliū ſtabilitum canonice & fundatū : & q̄ ad eius celebratio
nē tenent̄ accedere oēs tam p̄lati q̄ ceteri q̄ de iure uel cōſuetudine ad gn̄alia ↄcilia accedere ſunt aſtricti.

Intentio concilii Baſileñ.

Ceterum cum unūm quodqꝫ eo directius atqꝫ intentius ſuas dirigat actiones quo ipſarum deſti
natum finem agnoſcit.Iccirco hec ſancta ſynodus neceſſitates chriſtiane religionis ſe
dula meditatione recogitans matura & digeſta deliberaione decernit ad hec tria a quibus cūcta bona ꝓ
cedunt auctore Deo toto ſollicitudinis ſtudio operā dare.Primo ut oium hereſum a xp̄iani populi finib⁹
tenebris profugatis lumen catholice ueritatis Chriſto uera luce largiente refulgeat. Secūdo ut bellorum
rabie qua ſatore zizanie ſeminante in diuerſis partibus affligitur & diſſipatur populus chriſtianus ↄgrua
meditatione ſedata pacis auctore preſtante in ſtatum reducatur pacificum & tranquillum. Tertio ut cum
multiplicib⁹ uitiorum tribulis & ſpinis chriſti uinea iam quaſi ſilueſcat pre nimia denſitate ut illis debito
culture ſtudio reſecatis euangelico agricola celitus operante refloreat honeſtatiſqꝫ fructus & honoris feli
ci ubertate ꝓducat.Et qm̄ abſqꝫ celeſtis influxu gratie hec tam grandia bona ſperari nō poſſunt:oēs xp̄i
fideles in dn̄o ꝓpenſius exhortat̄ ut ad obtinēdā ꝑmiſſorū cōſumationē felicē deuotis orationib⁹ ieiuniis
& elemoſynis apud maieſtatē diuinā diligēter inſiſtāt:ut pius & miſericors de⁹ humilib⁹ placat⁹ obſeqiis
optatā rerū cōſumationē huic ſacro cōcilio ſua pietate ſolita ꝑſtare dignet̄ eis i remiſſionē ſuorū peccami
num hoc iniungens.

¶Exhortatio ſuppoſitorum.

Preterea cum premiſſa ad que huius ſacri cōcilii tendit intentio ſint plurimum ardua & accura
tum ſtudium exigant multaqꝫ ſint ſollicitudinē & cura peruigili pertractanda exhorta
tur omnes in hoc ſacro cōcilio perſiſtentes & ad ipſum uenientes ut diligēter ſecum illa cogitent atqꝫ cum
aliis excogitata pertractent que eis uidebunt̄ ad idem utilia uel etiam oportuna ut inde cōmuni debitoqꝫ

ſuper eis tractatu habito & matura deliberatione digeſto melius: & utilius per ſacrum concilium in premiſſis queat aſſiſtente ſpiritusſancti gratia prouideri. In hac nāq; ſacra Synodo cōgregatis plena & libera ſit omnibus & ſingulis loquendi & conſulēdi facultas eorum que ad agenda eſſe uidebuntur accōmoda iuxta materias in ipſius cōcilii deliberatione propoſitas.

De modo ſeu geſtu in concilio & ſeſſione.

Vt autem qua morum & geſtus uenuſtate unuſquiſq; in ſeſſionibus & congregationibus huius ſacri concilii debeat ſe habere ex antiquorum patrum iam diu īſtitutis & regulis innoteſcat decretum tolletani concilii preſentibus duximus inſerendum.

¶ Decretum Tolletani concilii.

In loco benedictionis cōſedētes dn̄i ſacerdotes nullus debet aut in diſcretis uocibus perſtrepere aut quibuſlibet tumultibus perturbare: nullus etiam uanis fabulis nec riſibus uel quod eſt deterius obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas uoces effundere. Si quis enim ut ait apoſtolus putat ſe religioſum eſſe nō refrenans linguam ſuam: ſed ſeducens cor ſuum huius uana eſt religio. Cultum enim ſuū iuſtitia perdit quum ſilentia iudici obſtrepētium turba cōfundit dicente propheta. Erit enim cultus iuſtitie ſilentium. Debet ergo quicquid aut conſedentium cōſultationibus agitur aut ab accuſantium parte proponitur ſic mitiſſima uerborum relatione ꝓferri ut nec cōtentioſis uocibus ſenſus audiētium turbent: nec iudicii uigorem in tumultu eneruent. Quicūq; ergo in conuentu concilii hec que premiſſa ſunt uiolanda crediderit: & contra hec interdicta aut tumultu aut contumeliis uel riſibus ipſum cōcilium perturbauerit iuxta diuine legis edictum: quo precipitur eiice deriſorem: & exibit cum eo iurgium: cum omni dedecore a cōſeſſione abſtractus a cōmuni cetu recedat: & trium dierum ſententiam excōicationis ferat.

De honoribus.

Ad obuiandum cōtrouerſiis que ſolēt ex huiuſmodi in cōciliis & publicis cōgregationibus ſuboriri: & nōnūquam ipſorum progreſſum per lōga tempora ipedire: hec ſacra ſynodus ordinat ſtatuit & decernit ꝙ per quoſcūq; actus nominationes intitulationes honoris exhibitiones tam in ſede q̄ in aliis quibuſcūq; dictis factis dicēdis aut faciēdis in hoc cōcilio per quoſcūq; prelatos principes uel eorum aut uniuerſitatum & cōitatum quarūcūq; nūcios uel legatos ſeu ipſis uel de ipſis uel eorum alteri ī eodem cōcilio nullum ius de nouo acquiratur: nulliſq; preiudicium generetur nulliuſq; ius ī proprietate uel poſſeſſione ledatur. Et per premiſſa uel huiuſmodi legatorum admiſſionem ius uel titulus alicuius approbari nullatenus cēſeatur uel etiam reprobari: aut ius uel poſſeſſio generali cōcilio intereſſendi uel taliter uocem dādi cuiquam acquiri: ſed in omnibus & per omnia unumquēq; in eodē ſtatu poſt hoc cōcilium remanere in quo ante ipſius cōcilii celebrationem permanebat.

De impedimēto uenientium ad cōcilium.

Sane quoniam opus aliquod intendēti nō ſatis eſt edificationi operam dare ſi ex aduerſo impedientibus nō reſiſtat: iccirco decretum ī ſacro Cōſtañ. concilio editum aduerſus eos qui uenientes ad cōcilium ſtātes uel redeūtes impediūt iniuriātur uel moleſtāt ex ſuperabundāti cautela cōtra eos qui uenientes ſtātes aut recedētes ab hac ſancta ſynodo in perſona uel bonis impedire iniuriari uel moleſtare preſumpſerint locum habere declarat & decernit.

Proceſſus cōtra attētantes uenientes ad cōcilium.

Sacroſancta generalis ſynodus Cōſtañ. uniuerſalem eccleſiam repreſentans in ſpiritusſancto ad extirpationem ſciſmatis hereſumq; & errorum: necnon ipſius eccleſie in capite & in mēbris debitam reformationem legitime congregata: ad futuram rei memoriam iuſtitiam & equitatem exerceri: non dubitatur ſi quos noxie uoluntatis adeo captiuat peruerſa intentio: quod proceſſibus aplicis impudenter obuiare auctoritatem ſanctionis canonice contēnentes in aliorum prolabūtur iniurias & offenſas eccleſiaſtica cenſura percellat & pro demerito culpe rigorem adiiciat iudiciarie poteſtatis. Nam ſi quilibet per campum licentie freno depoſito modeſtie uagaret impune facile quiſquis ſeuiret in proximum: & neruus diſciplinātis iuſtitie rumperetur. Sane licet nōnulli romani pōtifices antiquos romane eccleſie morem & cōſuetudinem obſeruātes ꝓut ad eos ex debito apl̄atus ſibi iniūcti officii ptinebat p ceteros ſuos ꝓceſſus ī die cene dn̄i ānis ſingulis ſolēniter publicātes inter alios oēs & ſingulos q ad ſedē aplicā uenientes uel recedētes ab ea: necnō ī illos oēs & ſingulos qui p ſe uel p aliū ſeu alios quaſcūq; pſonas eccliaſticas ul' ſeculares ad romanā curiā ſup eorū cauſis & negociis accedētes: illaq; in eadē curia pſequētes aut ꝓcuratores geſtores aduocatos & ꝓmotores ipſarū: ac ēt auditores ſeu iudices q ſupradictis cauſis uel negociis deputāt occaſiōe cauſarū emergētiū hmōi uerberāt mutilāt uel occidūt cuiuſcūq; dignitatis ordinis cōditōis aut ſtatus forēt p̄dicta uel eorū aliqua cōmittētes excōicatōis & anathematizationis ſnīas a qbus null⁹ p aliū q̄ romanū pōtificē poſſet p̄terq̄ in mortis articulo ꝯſtitut⁹ abſolui: nec ēt tūc niſi de ſtādo mādatis eccleſie ac ſatiſfactōe p̄ſtāda ſufficiēti cautōe p̄miſſa candelis accēſis & ad terrā ꝓiectis ꝓmulgauerūt: & eos q taliter excōicatos &

anathematizatis uel eorum alicui preſumerent abſolutionis beneficium impendere ſimilibus ſentētiis in-
nodauerunt:eiſq; predicationis lectionis adminiſtrationis ſacramētorum eccleſiaſticorū confeſſionem au-
diēdi interdixerunt officium:necnon quicūq; iniuriatores quorūlibet ad ſacra generalia cōcilia uenientium
ſeu ſtantium in ipſis aut recedentiū ab eiſdem diuerſas cenſuras eccleſiaſticas & penas excōicationis tam
ex canonis q̄ diuini iuris diſpoſitione incurrant. Tamen ſicut ad noſtram fidedignorum multitudine uali
da inſinuatione peruenit noticiā:nōnulli iniquitatis filii perditionis alumni huiuſmodi cenſuras uilipendē
tes ac huiuſmodi ſacri cōcilii extirpationis ſciſmatis hereſum ac errorū ipſiuſq; eccleſie reformationis per
turbatores diabolico ſpiritu inſtigante:nec dignitati nec ordini deferentes dei timore poſtpoſito nephariis
& ſacrilegis auſibus nōnullas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares : etiam pontificali dignitate p̄ditas ad ſe
dem apoſtolicā uel romanā curiam:ſeu p̄ſens generale concilium in ciuitate Conſtañ.puintie maguntiñ.
ubi nunc romana curia exiſtit in ſpirituſancto legitime cōgregata uenientes aut recedētes ab eiſdem inua
dere capere arreſtare detinere icarcerare mutilare occidere ac ſpoliare bonis ſuis uel iniuriis affligere quā
plurimis:& alias male tractare temeritate propria preſumpſerunt:& dietim p̄ſumunt:i apoſtolice ſedis &
ſacri concilii uilipendiū & cōtemptum:ac ſedationis ſciſmatis reformationis eccleſie & correctiōis morū:
necnō hereſum & errorū p̄dictorum extirpationis diſturbium ſuarūq; animarū periculū & ſcādalum plu
rimorū.Nos igitur uolentes in premiſſis necnon aduerſus quoſcūq; ad ipſum cōcilium & quelibet alia fu
tura generalia concilia accedentes aut ſtantes in ipſis:ſeu recedētes ab eiſdem ne ab aliis deum nō timen
tibus temerariis iniuriis infeſtentur & opprimantur uiolentiis:& ne quibuſuis delinquēdi aut exceſſus cō
mittendi pateat audacia de opportuno & ſalubri remedio prouidere huiuſmodi: necnō omnes alios & ſin
gulos alios proceſſus ſnias & cenſuras aduerſus quarumlibet perſonarū eccleſiaſticarū uel ſecularium ad
ſacra generalia concilia uenientium uel ſtantium in ipſis ſeu recedētium ab eiſdē moleſtatores perturbato
res uel iniuriatores auctoritate dei omnipotentis patris & filii & ſpirituſſancti extēdētes oēs & ſingulos
cuiuſcūq; dignitatis ſtatus gradus uel cōditionis fuerint.Etiam ſi pontificali imperiali regali uel alia qua
cūq; eccleſiaſtica uel mundana preſulgeant dignitate:qui quaſcūq; perſonas eccleſiaſticas uel ſeculares:
que ad huiuſmodi ſedē apoſtolicam romanā curiam hoc preſenti ſacro durante concilio : uel ad ipſum &
quecūq; alia generalia cōcilia uenietes aut ſtantes in ipſis aut ab eis recedētes temeritate propria per ſe
uel alium ſeu alios arreſtare inuadere capere detinere incarcerare mutilare occidere aut bōis ſuis ſpoliare:
uel iniuriis affligere ſeu ipſos ſic delinquentes receptare aut alias quomodolibet impedire:ſeu ea perpe-
trantium facta & cōmiſſa rata & grata habere:uel eis dare auxiliū cōſilium uel fauorē publice uel occul
te directe uel indirecte preſumpſerint uel preſument in futurum ſimilibus excōicationis & anathematiza
tionis ſentētiis innodamus eoipſo. Terras quoq; ipſorū & cuiuſlibet qui in premiſſis uel eorū aliquo trāſ
greſſor uel cōtēptor fuerit dum tamen uniuſcuiuſq; ſic tranſgreſſorū uel cōteptorum ultra unam dyoc.nō
cōtineat:necnon omnia ciuitates uilla caſtra opida & quelibet alia loca in quibus huiuſmodi exceſſuum
patratores ſeu eorum receptatores:uel ipſis cōſentientes fauētes aut dātes auxilium cōſilium uel fauorem
publice morabuntur.Necnō illa in quibus huiuſmodi perſone que ſic temeritate propria detente fuerint
q̄diu extiterint in eiſdem memorata auctoritate eccleſiaſtico ſupponimus interdicto.Quod ſi terra eiuſdē
duas dyoc.uel amplius cōtineat dominio domicilii pricipalis ipſius:& illam etiam in qua fuerit delictum
cōmiſſum ſi ſua ſit:& duas alias que ſub ipſo ſint eidem loco magis uicinas interdicto ſubiacere uolumus
ſupradicto:& etiam oēs & ſingulos huiuſmodi excōicationis & anathematizationis ſententiis ligatos in
quibuſlibet eccleſiis loco ubi tale delictū fuerit perpetratum uel terris & locis propter hoc interdictis ma
gis ɔuicinis ubilibet exiſtētibus omnibus diebus dominicalibus & feſtiuis pulſatis campanis candelis ac
cenſis publice nunciari:ac terras ciuitates uillas caſtra opida & loca eccleſiaſtico interdicto predicto ſup
poſita:donec ſic excōicati meruerint ab huiuſmodi ſententiis beneficium abſolutionis obtiuere:dictumq;
interdictum debuerit relaxari ita tñ q̄ nullus ex tranſgreſſoribus ac cōtemptoribus huiuſmodi per alium
q̄ Romanum pontificem : uel ſacri concilii auctoritate poſſit niſi dūtaxat in mortis articulo conſtitutus:
nec etiam tunc niſi de ſtando mandatis eccleſie ſatiſfactione uel ſufficienti cautione ſi hoc cōmode face-
re poſſent primitus preſtita abſolui:uel interdictum huiuſmodi relaxari. Eos uero cuiuſcunq; dignitatis
ordinis ſtatus uel conditionis fuerint.Etiam ſi pontificali dignitate preſulgeant qui cōtra tenorem preſen
tium proceſſuum talibus uel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere preſumpſerint uolumus ſta
tuimus & decernimus ſimilibus excomunicationis : & anathematizationis ſententiis fore innodatos
eoipſo : ipſiſq; predicationis lectionis adminiſtrationis ſacramentorum & confeſſiones audiendi offi-
cium auctoritate interdicimu. ſupradicta inſinuantes tranſgreſſoribus & contemptoribus predictis :
quod ſpiritualiter & temporaliter prout eorum requirent exceſſus & demerita grauius procedetur:
non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus apoſtolicis & quibuſlibet priuilegiis indulgentiis & lit-
teris apoſtolicis generalibus & ſpecialibus quorumcunq; tenorum exiſtant : eiſdem tranſgreſſori-
bus aut contemptoribus uel quibuſuis aliis communiter uel diuiſim a dicta ſede conceſſis : etiam

qd̄ ſuſpendi uel excõicari: aut eorũ terre dñia ciuitates uille caſtra oppida & alia loca interdici nõ poſſint. Etiam ſi de ipſis uel aliorum tenoribus eſſet in ipſis proceſſibus mentio facienda ſpecialis que nec contra hmõi ſententias & proceſſus quominus includãtur in eis per hoc ualeant ſe terras dñia ciuitates uillas caſtra oppida & loca hmõi tueri: & que quo ad hoc tollimus & penitus reuocamus: & inſuper mandamus ut hmõi preſens proceſſus ad cõem oĩum noticiam deducatur cartas ſiue membranas proceſſus cõtinentes eoſdem in maiori & ſancti Stephani Conſtañ. eccleſiarum ualuis affigi: qui proceſſus ipſo ſuo quaſi ſonoro preconio: & patulo iudicio publicabunt: ut predicti quos proceſſus cõcernent nullam poſſint excuſationem pretẽdere uel ignorãtiam allegare qd̄ ad eos ꝓceſſus hmõi nõ peruenerint uel ignorauerint eoſdem cum nõ ſit uериſimile remanere incognitum quo ad ipſos qd̄ tam patẽter fuit publicatũ. Ceterũ oĩbus & ſingulis dñis patriarchis primatibꝫ archiepĩs epĩs ceteriſqꝫ locorum ordinariis ꝑcipimus & mãdamus ut ipſi & eorum quilibet per ſe uel alium ſeu alios ſub pena excõicationis quem ipſorũ quilibet q mãdatorũ noſtrorũ hmõi trãſgreſſor & contẽptor fuerit incurrere uolumus ipſo facto: ꝑſentes noſtros proceſſus per eorum aũt cartarũ uel mẽbranarum ſeu tranſumptorũ ↄtinentes eoſdem quibus ſicuti noſtris proceſſibus tãtam uolumus fidem adhiberi in eccleſiarum ualuis ſeu aliis locis affixione publicẽt: & prefatos trãſgreſſores & contẽptores hmõi excõicationis & anathematizationis ſentẽtiis ligatos: ac terras ciuitates caſtra uillas oppida: & loca prefata hmõi eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita q̄primum ipſis uel eorum alicui de hoc legittime cõſtiterit tam diu in eccleſiis dñicis & aliis feſtis diebus dum inibi fuerit maior populi multitudo cãpanis pulſatis: & cãdelis accẽſis: & extinctis denũcient: & interdictum hmõi inuiolabiliter obſeruari faciant per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris remedia inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis: donec ipſi tranſgreſſores & cõtemptores meruerint ab excomunicationis & anathematizationis ſentẽtiis abſolutionis beneficium obtinere: dictũqꝫ interdictum merito debuerit relaxari: non obſtante oĩbus ſupradictis ſeu ſi aliquibus coniunctim uel diuiſim a ſede predicta indultum exiſtat: qd̄ interdici ſuſpendi uel excomunicari nõ poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto hmõi mentionem. Datum Conſtañ. ii. nonas Iulii Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringenteſimoquintodecimo ſede apoſtolica uacãte regnorum ſereniſſimi principis dñi Sigiſmũdi romanorũ & hũgarie &c. Regis uidelꝫ electionis quĩto: coronatiõis primo: hungarie uero uigeſimonono.

De impedientibus concilium.

Porro quoniam nonnunq̄ lingua ſubdola plurimũ impedit & perturbat falſa uel detractoria ſeminando quodqꝫ cum nimis graue ſit: tam grandem chriſtianitatis impedire profectum & omni animaduerſione ſit dignum. Iccirco malignorum conatibus cupiens obuiare dicta ſancta Synodus omnes & ſingulos ſub obteſtatione diuini iudicii admonet ne impedimentum perturbationem prorogationẽ uel diſſolutionem huius ſacri concilii moliantur. Si quis autem ſcienter animo impediendi uel perturbãdi hoc ſacrum generale concilium uerbo facto uel litteris palam uel occulte impedimenta perturbationem prorogationem uel diſſolutionem fieri procurauerit experietur ultione penali perpetrati facinoris grauitatem. Et contra eum tanq̄ cõmunis pacis perturbatorem rigide procedetur cum ex hoc hereſum extirpationem pacis procurationem: & morum reformationem impedire uideatur.

De fructibus beneficiorum percipiendis per ſuppoſita Concilii.

Cum hi qui interſunt in hoc ſacro generali concilio pro cõi bono totius eccleſie congregato non debeant minori prerogatiua gaudere q̄ quicũqꝫ alii quarũuis eccleſiarum negociis quibuſlibet uel utilitatibus intendentes: ideoqꝫ tanq̄ cã reipublice abſentes debẽt pro preſentibus merito reputari ad inſtar ſacri Conſtañ. cõcilii in quo modo ↄſimili extitit ordinatum preſens ↄcilium ſtatuit ordinat & decernit q̄ oẽs & ſinguli qui in eodem ↄcilio tanq̄ ipſius ſuppoſita ſunt recepti uel recipiẽtur in poſterum ab eodem die quo iter arripuerint: ad dictum cõcilium ueniendi & q̄diu permãſerint in eodem: & ẽt recedentes per tãtum tempus quo ad ſuum poſſint domicilium reuerti: fructus oĩum beneficiorũ ſuorum cum ea integritate percipiãt cum qua eos perciperẽt ſi in ipſis beneficiis reſiderẽt non obſtãtibus in ↄtrariũ q̄buſcũqꝫ.

De officialibus concilii.

Quia uero ad proſecutionem huius ſacri concilii requiruntur officiales & miniſtri ideo deputat & ordinat notarios ad conſcribendum acta ipſius cõcilii Lucium de vviſſo ſecretarium dicti dñi legati: & Rudulphum ſapiẽtis dyoc. Gebeñ. & ut oĩa eo decentius ordinẽtur quo maiori fuerint directa concilio deputat & ordinat uenerabilem Henricum Nithart decretorum doctorem: & Ludouicum Pariſii licentiatum in decretis Decanum eccleſie beate Marie marielete de aneſſiato dicte Gebeñ. dyoceſ. qui acta concilii uniuerſa per dictos notarios ſcripta conſpiciant debiteqꝫ ſi opus ſit corrigant & emendent promotores quoqꝫ ipſius concilii deputat magiſtrum Nicolaum amici magiſtrum in artibus & licentiatum in theologia: & Henricum aneſteter licẽtiatum in decretis prepoſitũ Turiceñ. conſtañ. dioc. ſediũqꝫ.

ordinatores q exiſtẽtes in cõcilio in locis & ſedibus debitis collocẽt: quorũ ordinationi oẽs obedire teneantur. Henricũ ſtater artiũ & medicine doctorẽ Decanũ Traiecteñ. & Suderum de marteſhuſen in legibus
Bacalariũ: & canonicũ eccleſie ſancti Petri Maguntiñ. Lectis ſiquidẽ ut preferẽ decretis bulla & inſtro p̃
inſertis memoratus dñs eps conſtañ. cõſimili uoce alta uidelicet & intelig:bili interrogãs ſciſcitatus eſt an
oia & ſingula per eum ſic ut prefertur lecta ipſi ſacre Sinodo placerent: ad cuius interrogationem preliba
tus Reuerendiſſimus pater dñs Cardinalis preſidens primo deinde ceteri oẽs & ſinguli dñi prelati in ea-
dem ſeſſione & ſacra ſynodo tũc p̃ſentes cõcorditer nullo diſcrepãte reſponderũt uiua uoce placet. Quib⁹
ſic peractis p̃fate dicte ſacre Synodi promotores ſiue procuratores ſupra deputati petierũt & qlibet ipſo
rum petiit per nos prothonotarios notarios & ſcribas ad hec ſupra deputatos fieri & cõfici de premiſſis
oibus & ſingulis unũ uel plura publica inſtra in teſtimoniũ ueritatis p̃miſſorũ: & ad p̃petuã rei memoriã.

Seſſio ſecunda ſacri concilii Baſilienſis.

Acroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. eccleſiam militãtem repreſen
tans ad perpetuã rei memoriã. Ad laudẽ dei oĩ
potentis ac benedicte indiuidueq; trinitatis gloriam & honorẽ pro hereſum atq; errorũ
extirpatõe morũ in capite & in mẽbris eccleſie dei reformationẽ ac regum & regnorũ ce
terorũq; chriſticolarũ adinuicẽ auctore diſcordiarũ p̃curãte diſſidentium pacificatione in
ſpirituſancto legitime ꝯgregata decernit ſtatuit diffinit declarat & ordinat ut ſequitur. Et
primo ꝙ eadem ſacra Baſilieñ. ſynodus ſacris conſtãtieñ. & ſeneñ. cõciliis generalibus decernẽtibus atq;
ordinãtibus: & auctoritate apoſtolica interueniẽte fuit & eſt in hoc loco Baſilieñ. debite legittimeq; ac ri
te initiata & congregata. Et ne de eiuſdem ſacre Baſilieñ. ſynodi poteſtatẽ a quoquã dubitetur ipſa eadem
ſynodus duas declarationes ex decretis ſynodi Conſtañ. in preſenti ſeſſione aliis ſuis decretis editis ſeu
edendis inſerẽdas ordinat & decernit quarum quidem declarationum tenor prime ſequitur & eſt talis. Et
primo declarat ꝙ ipſa ſynodus in ſpirituſancto legittime congregata generale concilium faciens & eccle
ſiam militantem repreſentans: poteſtatem immediate a chriſto habet cui quilibet cuiuſcũq; ſtatus uel di-
gnitatis: etiam ſi papalis exiſtat obedire tenetur in his que pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſciſ-
matis & ad generalem reformationem eccleſie dei in capite & in membris. Alterius uero tenor ſequitur
in hec uerba. Item declarat ꝙ quicunq; cuiuſcũq; ſtatus uel dignitatis: etiam ſi papalis exiſtat qui man-
datis ſtatutis ſeu ordinationibus aut preceptis huius ſacre Synodi: & cuiuſcunq; alterius concilii genera
lis legittime congregati ſuper premiſſis ſeu ad ea pertinentibus factis uel faciendis obedire contumaci-
ter contempſerit niſi reſipuerit condigne penitentie ſubiiciatur & debite puniatur: etiam ad alia iuris ſub
ſidia ſi opus fuerit recurrendo. Premiſſis igitur & nonnullis aliis Conſtantieñ. concilii: preſertim capituli
quod incipit frequens in priori huius ſacre Synodi Baſilieñ. ſeſſione recitati decretis attentis prelibata ſy
nodus Baſilieñ. decernit & declarat ꝙ ipſa pro hereſum extirpatione ac morum reformatione eccleſie in
capite & in membris: necnon pace inter chriſtianos procuranda ut premittitur in ſpirituſancto legittime
congregata per nullum quauis auctoritate: etiam ſi papali dignitate prefulgeat diſſolui aut ad alium lo-
cum transferri ſeu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit debet aut poteſt debebit aut poterit in fu
turum abſq; eiuſdem ſynodi Baſilieñ. deliberatione & conſenſu. Item diffinit ordinat & decernit hec ſan-
cta ſynodus quod nulla perſona cuiuſcunq; ſtatus dignitatis ſeu conditionis fuerit in eadem ſynodo actu
exiſtens aut in futuro eidem incorporata uel incorporanda a tempore arrepti itineris ad ipſam ſanctam ſy
nodum ſine fraude continuati ad recedendum ab eadem a quoquã quauis auctoritate: etiam ſi papali di-
gnitate prefulgeat directe uel indirecte in leſionem ſeu perturbationem dicte ſancte Synodi in uita ſine
deliberatione & conſenſu ipſius ſancte Synodi requiri moueri compelli citari euocari ad alium locum etiã
curiam Romanam ualeat: ſeu ne ad eandem ſanctam Synodum ueniat poſſit aut debeat quomodolibet
impediri. Si autem a quoquam quauis auctoritate etiam ſi papali dignitate prefulgeat ut premittitur in
contrarium attemptatum fuerit ſeu attemptaretur in futurum: aut proceſſus penales uel mandata: etiam
cenſuras eccleſiaſticas ſeu tranſlationes prelatorum inuitorum: uel priuationes aut inhabilitationes eo-
rundem ſeu aliorum beneficiatorum quorumcunq; alias ne quaſcunq; penas continẽtes ut ab eadem ſan
cta Synodo recedant uel non accedant ad eandem aut eidem non adhereant fulminari fuerint fulminen-
tur aut fulminarentur in futurum totum ſit irritum & inane: nec eiſdem proceſſibus cenſuris ac penis tanq̃
irritis & inanibus quomodolibet obediendum fore predictoſq; proceſſus & cenſuras cum omnibus inde
ſecutis & ſecuturis quatenus de facto proceſſiſſent aut procederent in futurum caſſat irritat & annullat:
& pro caſſis irritis atq; nullis habendos decernit diffinit ordinat & declarat. Item decretis ſacri concilii
Conſtantieñ. inherendo ſtatuit ordinat & decernit: ꝙ prelati & alii qui tenentur huic ſacro concilio inter-
eſſe ab hoc loco ante finitum concilium niſi ex cauſa rationabili per deputatos ſeu ab hoc ſacro concilio
deputandos examinanda non recedant. Quaquidem cauſa examinata & legittime approbata poſſint re-
cedere de licentia illius uel illorum qui pro tempore habent uel habebunt auctoritatem. Et tunc taliter re

cedens teneat̃ dimittere aliis in hoc loco remanẽtibus ſuã p̃tãtem ſub penis iuris p hoc ſacrũ cõcilium indi
cendis & in faciẽtibus cõtrarium exequẽdis. Itẽ quia plures promotores i eadẽ ſancta Synodo & ẽt no
tarii ad cõſcribendum acta eiuſdẽ ſunt neceſſarii citra aliorũ per ipſam ſanctam ſynodum in ipſius prima
ſeſſione deputatorũ reuocationẽ magiſtros Ademarũ de roſſilione licẽtiatum in decretis archipreſbyterũ
uiuarieñ. & canonicũ Lugduneñ: Henricũ de vvechenheym licẽtiatum in decretis officialẽ Baſilieñ. p̃mo
tores & Petrum bruneti bacalarium in decretis canonicum atrabateñ. notarium eiuſdẽ ordinat & depu
tat. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſancte Synodi in eccleſia maiori Baſilienſi ſolẽniter celebrata. xv.
kalendas Martii anno domini Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoſecundo.

¶ Seſſio tertia Concilii Baſilienſis.

Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legitime cõ
gregata uniuerſalẽ eccleſiam repreſentans olim
ſacrum Conſtantieñ. cõcilium uolens futuris eccleſie neceſſitatibus prouidere matura de
liberatione ſtatuit & decreuit ut poſt finem ipſius cõcilii in quinquẽnium & deinde ſeptẽ
nium & poſtea perpetuo futuris temporibus de decẽnio in decẽnium generale cõcilium
celebret felicis recordationis Martinus papa quintus ipſo Conſtantieñ. approbãte ꝯcilio
ſtatuit in ciuitate Papieñ. proximũ tunc cõcilium celebrari quod ibidẽ ceptum fuit: & de cõſenſu & appro
batione ipſius cõcilii ad ciuitatẽ Seneñ. tranſlatum in quo Seneñ. cõcilio fuit electa hec Baſilieñ. ciuitas
ꝓ futuro tunc cõcilio in ſeptenniũ celebrãdo appropinquãte autem fine ipſius ſeptẽnii prefatus dñs papa
Martinus uolens decreto Cõſtatieñ. & ordinationi Seneñ. cõciliorum ſatiſſacere ut debebat. Reuerẽdiſſi
mum In xp̃o patrẽ dñm Iulianum ſancte Romane eccleſie ſancti Angeli dyaconum Cardinalẽ ſedis apo
ſtolice deſtinauit legatum cũ plena poteſtate eidẽ concilio uice & auctoritate ſancte ſedis aplice p̃ſidẽd.
Quod etiã ſanctiſſimus dñs papa Eugenius papa quartus ratum habuit & approbauit. Proinde hoc ſa
crum generale cõcilium in ſpiritu ſancto legittime congregatũ ꝓuida & matura deliberatione cõſiderans
hereticam peſtem in partibus bohemie nimis ſeuire crudeliter que dei occulto iudicio bello pluries attẽ
ptato nõ potuit ſuperari atqȝ ꝙ in diuerſis mundi partibus clam hereſis peſtis pullulat atqȝ ſerpit: quod
qȝ prohdolor multas chriſtianas prouincias bellorum deſecat rabies & deuaſtat: morũqȝ nimia defor
matio diuinam maieſtatem offendit tantis & tam peſtiferis malis omnipotentis dei gratia largiẽte ad ex
tirpationẽ hereſum pacemqȝ in chriſtiano populo cõponendã & reformationẽ generalẽ eccleſie dei in ca
pite & in mẽbris ſtudioſe occurrere & ſalutarib⁹ remediis ꝓuidere diſpoſuit: & ut hec ad optatos fines cõ
modius duci poſſent cõſiderans hec ſancta Synodus p̃ſentiam ſummi pontificis. Reuerendiſſimorũqȝ ſan
cte romane eccleſie Cardinaliũ in ipſo ꝯcilio eſſe accomodã & multimode fructuoſam uenerabilẽ uirum
magiſtrũ Iohãnem pulchri patris ſacre theologie ꝓfeſſorẽ ad ſanctiſſimũ dñm Eugeniũ ſummũ pontificẽ
deſtinauit atqȝ ad prefatos Reuerendiſſimos dños Cardinales prefatũ ſanctiſſimũ dñm papam exoran
do & ſupplicãdo ut huc ſi cõmode poſſet pſonaliter accederet. Ipſiqȝ ſacro ꝯcilio fauorib⁹ & auxiliis aſſi
ſteret opportunis. Denuoqȝ uenerabiles uiros Iacobũ ſirick ſcolaſticũ Treuereñ. Thomã fiene decretorũ
doctorem ſuos p eadẽ cã oratores ad eũdem dñm papam: & dños Cardinales trãſmiſit. Cum aũt ad no
ticiã ipſius cõcilii perueniſſet: prefatum dñm papam ex ſiniſtra informatione motum diſſolutionem ipſius
cõcilii attẽptaſſe. Quequidẽ diſſolutio in periculũ euerſionis fidei cederet euidẽter: necnõ eccleſie dei gra
ue ſcandalũ ad eũdem dñm papam atqȝ Reuerendiſſimos dños Cardinales ſuos deſtinauit protinus ora
tores. Reuerendũ patrẽ dñm Ludouicũ ep̃m lauſaneñ. & magiſtrũ Henricũ ſtater decanũ Traiecteñ ad
ſupplicãdum inſtãdum & requirendũ prefatũ dñm papam ut ipſam diſſolutionẽ reuocare dignaret̃ huicqȝ
ſacro cõcilio in tam laudabilib⁹ operibus ſuffragaret̃ auxiliis & cõſiliis opportunis. Cõſiderãſqȝ hec ſan
cta Synodus p̃fatam diſſolutionẽ cõcilii: cõtra decreta Conſtantieñ: cõcilii eſſe factam tendereqȝ in euer
ſionis fidei graue periculũ: & ſtatus eccleſiaſtici perturbationẽ & detrimẽtum atqȝ ſcandalũ totius populi
chriſtiani eãdem diſſolutionẽ decreuit nullatenus fieri potuiſſe: quinimo ipſa minime obſiſtẽte ad proſecu
tionem eorũ que pro fidei ſtabilitate & ſalute chriſtiani populi laudabiliter ſunt incepta eſſe cum ſpiritus
ſancti gratia procedẽdũ: uerũ cum redeũtibus prefatis ep̃o Lauſaneñ. & decano traiecteñ. optata reſpon
ſio a ſanctiſſimo dño papa non fuerit reportata. Licet nõſolũ a predictis cõcilii oratorib⁹ ipſius cõcilii no
mine. Sed ẽt a ſereniſſimo dño Rege romanorũ fideli eccleſie aduocato p̃fat⁹ ſanctiſſimus dñs papa ſup
plicatus interpellatus reqſitus rogatuſqȝ fuerit: & totis nixibus multiplicatis uicibus obſecratus. Iccirco
hec ſancta ſynodus innitẽs decretis ſacri Conſtañ. cõcilii quorum uerba ſunt hec. Quod ſancta Synodus
in ſpiritu ſancto legitime cõgregata generale ꝯcilium faciẽs eccleſiam catholicam militantem repreſentãs
poteſtatem a chriſto immediate habet cuilibet cuiuſcũqȝ ſtatus uel dignitatis ẽt ſi papalis exiſtat obedire
tenetur in his que ptinẽt ad fidem & extirpationẽ dicti ſciſmatis: & ad generalẽ reformationẽ eccleſie dei
in capite & in mẽbris. Item declarat ꝙ quicũqȝ cuiuſcũqȝ ſtatus uel dignitatis ẽt ſi papalis exiſtat qui mã
datis ſtatutis ſeu ordinationibus aut preceptis huius ſancte Synodi: & cuiuſcũqȝ alterius ꝯcilii generalis

legittime cōgregati ſup p̄miſſis ſeu ad ea ptinentibus factis uel faciēdis obedire cōtumaciter cōtempſerit
niſi reſipuerit condigne penitentie ſubiciat̃ & debite puniat̃: Etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit re
currendo. In hac ſolenni ſeſſione ip̄m ſanctiſſimū dn̄m papā: necnō Reuerēdiſſimos dn̄os cardinales mō
& forma infraſcriptis interpellare decreuit. Hec igit̃ ſancta ſynodus in ſpiritu ſc̄tō legittime cōgregata p̄
dictū beatiſſimū dn̄m papā Eugenium cū omni reuerētia & inſtantia ſupplicat & per uiſcera miſericordie
Ieſu xp̄i exortat requirit & obteſtat̃ ac monet: q̄tenus p̄tenſam diſſolutionē ſicut de facto pceſſit de facto
reuocet: & ipſam reuocationē quēadmodū & diſſolutione fecit p̄ diuerſas mūdi ptes trāſmittet & publicet
ab omniq3 impedimēto dicti cōcilii penitus deſiſtat: Quinimo eidē ut debet faueat & aſſiſtat: omniaq3 p̄
beat ſubſidia & auxilia opportuna necnō infra triū menſiū ſpaciū qd̄ ad hoc pro termino pemptorio p̄fgit
& aſſignat: ſi corpalis ipſius diſpoſitio patiatur pſonaliter ueniat. Sui aūt pſonā uel pſonas loco & uice ſui
deſtinet & trāſmittat cū plenaria ptāte ad oia & ſingula in hoc cōcilio p agēda uſq3 ad totalē ipſius cōclu
ſionē p oēs & ſingulos act⁹ gradatim & ſucceſſiue: alioqn ſi hec ſanctitas ſua facere neglexerit q̄ de xp̄o
uicario nō eſt aliq̄liter ſpectandū: ſc̄tā Synodus put iuſtū fuerit: & ſp̄us ſanctus dictauerit neceſſitatibus
eccl̄ie puidere curabit: & pcedet ſecundū q̄ iuris fuerit diuini pariter & humani. Similiter prefatos reue
rendiſſimos dn̄os cardinales qui tanq̄ principales eccl̄e dei cardines ad hec feruētius intendere debent:
exorat requirit obteſtat̃ & admonet q̄tenus cū p̄fato dn̄o papa ſuper p̄dictis ſollicitā inſtantiā faciāt: huic
q3 ſacro cōcilio faueāt aſſiſtāt & auxilient̃ modis omnib⁹ opportūis. Et cū p̄ſentia ipſorū p eorū auctorita
te magnaq3 prudētia & experiētia rerū ſit huic ſacro cōcilio plurimū opportuna. Ipſos dn̄os cardinales: &
quēlibet eorū reqrit monet & citat: q̄tenus infra ſpaciū triū menſium ab intimatione p̄ſentiū quē terminū
pro trina ac canonica monitione preciſe & pemptorie p̄figit & aſſignat ad dictū ſacrū cōciliū generale ue
niāt canonico impedimēto ceſſante: alioqn cū eorū negligētia ad ip̄m ſacrū cōciliū ueniēdi ut tantis neceſ
ſitatib⁹ eccl̄ie ſuccurrat̃ in periculum grauis iacture fidei catholice totiuſq3 eccl̄ie detrimentū cenſeat̃ p
cul dubio redūdare: hec ſancta ſynodus lapſo termino ſupradicto cōtra eos qui uenire neglexerint: eorum
exigente cōtumacia procedet prout diuini pariter & humani dictauerit & permiſerit ordo iuris: & neceſſi
tatibus eccl̄ie altiſſimo largiēte puidere curabit. In p̄miſſis autē dicta Synodus reuerēdiſſimū cardinalē
ſancte crucis quamdiu tractatibus pacis Regnorum Francie & Anglie inſiſtet includere nō intendit: atq3
quo ad reuerendiſſimos dn̄os cardinales placentinum & de fuxo uulgariter nominatos. Et cardinalē ſancti
Euſtachii cū in propinquioribus locis exiſtant: ad duorū ſpacium menſiū reſtringit terminū ſupradictum.
Mandat inſuper hec ſancta Synodus uniuerſis & ſingulis dn̄is patriarchis archiepis. Epis & aliis eccleſia
rum p̄latis clericiſq3 notariis & pſonis eccleſiaſticis necnō aliis xp̄ifidelibus cuiuſcūq3 ſtatus dignitatis gra
dus: & conditionis exiſtāt. Omneſq3 & ſingulos principes: & dn̄os. Etiā ſi impiali regali ducali ſeu quauis
alia preſulgeant ptāte requirit & rogat qui pro premiſſis fuerint reqſiti ſeu requiſitus in uirtute ſancte obe
dientie: ac obteſtatiōe diuini iudicii: & ſub pena excōmunicationis: quatenus predicta oia & ſingula dicto
ſanctiſſimo dn̄o pape atq3 reuerendiſſimis dn̄is cardinalibus inſinuent intimēt & notificēt: ac inſinuari inſi
nuari ac notificari faciant pſonaliter eiſdē. ſi ad eos tutus & accomodus pateat acceſſus. Sin aūt ei uel illis
ad quos pſonaliter accedēdi facultas nō ſit in eorū habitationib⁹ necnō in porta palatii ap̄lici: & in eccle
ſiis ſancti Iohis lateraneñ. ſancti Petri: & ſc̄tē Marie maioris de urbe copias per publicū notariū afectas
affigēdo: ſi hoc tute fieri poſſit. Sin aūt in principalibus eccleſiis ciuitatū Sutrine uiterbii & Seneñ. uel alia
rum triū ciuitatū uicinarū de quib⁹ fuerit bene uiſum. Quequidē loca hec ſc̄tā ſynodus decreuit eſſe ido
nea pro executiōe oium premiſſorū. Et nihilomin⁹ hec ſc̄tā ſynod⁹ futuris cupiens obuiare caſib⁹ ut oia
uitet̃ diſpendioſus circuitus cū rebus de qb⁹ agit̃ ſupra modū piculoſa ſit mora ordinat & decernit hmōi
admonitioni & citationis decretū. Poſtqua in hac ſolenni ſeſſione lectum fuit & publicatum eccleſie ca
thedralis Baſilieñ. ualuis affigi ut ſi forte contingat ipſius intimationem exequi non poſſe modo aliquo
premiſſorum eo caſu exnunc tanq̄ publico edicto ad quattuor menſium ſpacium ab hac die in antea com
putandum cenſeat̃ quo ad oēs eius effectus facta inſinuatio monitio & citatio. Sicq3 ſuos oēs effectus ſor
tiri: & artare eos qb⁹ dirigit̃ decernit ac ſi pſonaliter inſinuatū & p̄ſitatum fuiſſet uiribus peremptoriis &
communicationibus ſupradictis hic habitis pro inſertis. Inſuper hec ſancta Synodus declarat & proteſta
tur q̄ nihilominus predictis dilationibus pendentibus cum iam preceſſerit a iure uocatio ex decreto con
cilii Conſtantieñ. rerūq3 neceſſitas id ſuadeat & qualitas agendorum in ulteriori proſecutione concilii &
agendis in eo procedere intendit ordinate debite ac mature nec propterea ſupſedere aliqualiter in pceſſu.
Tandē hec ſc̄tā Synodus decernit citationes contra omnes p̄latos: & alios qui ad generale concilium ue
nire tenent̃: Omneſq3 & ſingulos generales ordinū quorūcūq3: ac ēt inqſitores heretice prauitatis ſub dila
tione termini ſeu terminorū: de quibus deputatis fuerit bene uiſum cum penis & cenſuris & clauſulis op
portunis. Datū in ſeſſione publica ſancte Synodi Baſilieñ. celebrata in eccleſia maiori ſolēniter celebrata.
Sub ſigillo eiuſdem ſancte ſynodi. Sub anno a natiuitate dn̄i Milleſimoquadringēteſimotrigeſimoſecūdo.
Indictione decima die uero martis. xxix. menſis Aprilis preſentibus notariis & ſcribis huius ſancte ſynodi

infraſcriptis. Item quia plures notarii & ſcribe ad conſcribendum acta huius ſacri concilii ſunt neceſſarii:
hec ſancta Synodus citra tamen aliorum notariorum per ipſam alias conſtitutorum reuocationem uenera
biles uiros magiſtros Bartholomeum de lutignano ciuem Seneñ. & Thomam Theſueleti Bacalarium
in decretis Remeñ. dyoc. notarios eiuſdem deputat & ordinat.

¶ Saluus ꝯductus datꝰ ambaſiatoribꝰ regni Bohemie & Marchionatꝰ Morauie lectꝰ in quarta Seſſiõe.

Acroſancta gñalis ſynodus Baſilieñ. in ſpũſctõ legittime congregata uniuerſalẽ ec
cleſiã repñtãs. Tenore pñtiũ ſignificamus uniuerſis ꝙ oibus & ſinguľ
ſacerdotibꝰ baronibꝰ nobilibꝰ militaribꝰ pplaribꝰ & aliis qbuſcũqꝫ uiris cuiuſcũqꝫ ſtatꝰ ꝯditio
nis aut qualitatis exiſtant de regno Bohemie & Marchionatu Morauie de praga & ciuitatibꝰ
ac aliis locis eorũdem ac oibus aliis eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis: qui aut que una cum ipſis ad gñá
le Baſilieñ. conciliũ mittenť ac profecturi exiſtũt oibꝰ eorũ perſonis quocũqꝫ nomine cenſeanť aut ualeãt
nũcupari infra tñ numerũ ducẽtarũ pſonarũ tenore pñtiũ noſtrũ pleniſſimũ ac pfectũ ſaluũconductũ ꝯcedi
mus atqꝫ damus uenſſimãqꝫ ſecuritatẽ ueniẽdi ad hãc ciuitatẽ Baſilieñ. ibidẽqꝫ manẽdi ſtandi morãdi no
biſcũqꝫ de qbuſuis negotiis opportunis ipſis cõmiſſis tractãdi placitãdi diſputãdi cõcludẽdi & terminãdi
impartimur ac in loco uel locis hoſpitiorũ ſuorũ diuina officia ſine impedimẽto nrorũ pagere pmittimꝰ ſic
ẽt ut pp illorũ pñtiã neqꝫ in itinere neqꝫ in aliquo loco itineris in eundo manẽdo aut redeũdo neqꝫ in ipſa
ciuitate Baſilieñ. a diuinis officiis ceſſetur quouiſmodo per modum interdicti ceterum in generali concilio
ſeu Synodo Baſilieñ. articulos quattuor pro quorum claritate inſtant oretenus aut in ſcriptis libere pote
runt offerre aut propalare ſcripturis ſacris beatorũqꝫ doctorum uerbis ſententiis & rationibus eos decla
rare & aſtruere ac perſuadere ac ſi opus fuerit: etiam ad obiecta concilii generalis reſpondere: aut cum ali
quo uel aliquibus de concilio ſuper eiſdem diſputare aut charitatiue abſqꝫ omni impedimento conferre
obprobrio conuicio aut ꝯtumelia procul motis ſeruatis forma & modis inter noſtros legatos & nuncios
predictorum regni & Marchionatus in Egreñ. ciuitate ſpecificatis & uniformiter concluſis: & ſignanter
quod in cauſis quattuor articulorum per eos attemptatorum Lex diuina praxis xp̃i apľica & eccleſie pri
mitiue una cum conciliis doctoribuſqꝫ fundãtibus ſe ueraciter in eadẽ ꝑ ueriſſimo & indifferẽte iudice in
hoc Baſilieñ. ꝯcilio admittenť: & aliis pactis uel nõ pactis qñcũqꝫ de mãdato aut cõſenſu ſuoꝝ maioꝝ ad
ꝓpria reuerti optabũt aut aliquis eorũ optabit mox abſqꝫ ulla renitẽtia occaſione & mora ſaluis rebꝰ illo
rum & ſuorũ pariter honore & pſonis uiceuerſa poterũt uel poterit iuxta bñplacitũ libere & ſecure redire
de ſcitu tamẽ deputãdorũ per cõcilium ut pro tunc optime ſecuritati eorum prouideať ſine dolo & fraude:
Nihilominus in hoc eorum ſaluoconductu omnes quaſcunqꝫ clauſulas includi ac contineri uolumus: ac
pro incluſis haberi: que pro plena efficaci & ſufficiẽti ſecuritate in eũdo ſtãdo & redeundo neceſſarie ſunt
& opportune: hec notiter propter bonum pacis ꝓcurãdũ & obſeruãdum luculẽter expreſſantes. Quod
ſi quiſpiã aut aliqui ex illis ſiue in itinere ad nos in Baſileam ueniendo ſiue ibidem demorando aut redeũ
do aliquod enorme quod abſit egerit aut egerint per quod poſſet aſſecurationis eorum beneficiũ eis aut
eorũ alicui conceſſum annullari aut caſſari: uolumus etiam & admittimus & cõcedimus ut talis uel tales
in facinore huiuſmodi deprehenſi uel deprehenſus: ab ipſis dumtaxat & non ab aliis condigna animad
uerſione cum emẽda ſufficienti per partem noſtram merito approbãda & laudanda mox puniatur aut pu
niantur. Illorum aſſecurationis forma cõditionibus & modis omnino manentibꝰ illibatis. Et pariformiter
ſi quiſpiam uel aliqui ex noſtris ſiue in itinere ad nos in Baſileã ueniendo ſiue ibidem demorãdo aut rede
undo aliquod enorme quod abſit egerit aut egerint: per quod poſſet aſſecurationis eorũ beneficiũ eis aut
alicui eorũ cõceſſum annullari aut caſſari uolumus ut talis uel tales in facinore huiuſmodi deprehenſi a
nobis aut a noſtris dũtaxat & non ab aliis condigna animaduerſione cum emenda ſufficienti per partem
dominorum ambaſiatorũ & nunciorũ merito approbãda & laudãda mox puniatur aut puniantur preſenti
aſſecurationis forma conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Volumus etiam quod liceat
ipſis ambaſiatoribus omnibus & ſingulis totiens quotiens opportunum fuerit ſeu neceſſarium ad auram
capiendam exire de ciuitate Baſilienſi & reuerti ad eandem: necnon nuncium uel nuncios ſuos ad quecũ
qꝫ loca pro ſuis neceſſariis negociis ordinandis libere mittere ſeu deſtinare: ac ipſos miſſos ſeu deſtinatos
ſeu miſſum & deſtinatum ſuſcipe totiens quotiens eis uidebitur expedire. Ita ꝙ aliqui uel aliquis per de
putandos concilii ſocientur qui eorum ſecuritati prouideat aut prouideant. Inſuper nec in ſermonibus ſeu
predicationibus publicis aut aliis collationibus in ꝑiudicium derogationem ſeu deteriorationem cauſe ip
ſorum quattuor articulorũ pars noſtra terminis quibuſlibet in confuſionẽ uergentibus poterit aut debebit
uti & potiri in loco ciuitatis Baſilieñ. Quiquidem ſaluuſcõductus & ſecuritates ſtare atqꝫ durare debent:
& a tempore & per tempus quo in noſtre & noſtrorũ tuitionis curam ipſos ſuſcipi cõtigerit: & uſqꝫ ad Ba
ſileam perduci: & toto tempore manſionis eorum ibidem & rurſum poſt ſufficientem audiẽtiam habitam
ſpacio uiginti dierum premiſſo cum ipſi petierint aut cõcilium habita huiuſmodi audientia ipſis receſſum
indixerit a Baſilea uſqꝫ in Tuſcam Taconiam aut Engliſpurg: in quẽ ex locis iſtis maluerint deo fauente.

te reſtituemus dolo & fraude prorſus excluſis. Etiam pro uniuerſis & ſingulis xp̄ifidelibus: & ſpecialiter
pro ſanctiſſimo dn̄o Romano pontifice. Pro ſereniſſimo principe dn̄o Sigiſmundo Romanorū &c̄. Rege
ac uenerabilibus dn̄is cardinalibus archiep̄is & epiſcopis ac dn̄is abbatibus prelatis & clericis: necnon
Illuſtriſſimis principibus regibus ducibus marchionibus comitibus baronibus & nobilibus militibus uni
uerſitatibus & comunitatibus ciuitatū caſtrorū & uillarū: earūq3 cōſulibus ſcabinis officialib⁹ ac aliis cu
iuſcūq3 cōditionis & ſtatus eccleſiaſtici uel ſecularis exiſtant: quocūq3 noie cenſeātur & pro ſubditis eium
premiſſorū: & pro tota parte eorūdem ꝓmittimus bona fide & ſpondemus quod nos oēs & ſinguli predi
cti p̄ſcriptā aſſecurationē & ſaluicōduct⁹ eorū formā in oibus ſuis ꝯditionibus pūctis & clauſulis ſuper⁹
expreſſatis inuiolabiliter & incōcuſſe bona fide & puro corde obſeruabim⁹ cuſtodiem⁹ obſeruabūt & cu
ſtodient. Inſuper promittentes ſine fraude & quolibet dolo ꝙ nolumus neq3 debemus occulte uel manife
ſte quacunq3 occaſione p̄tenſa ut aliqua auctoritate uel potentia iure ſtatuto aut priuilegio legum uel ca
nonum: & quorūcunq3 conciliorū ſpecialiter Conſtantieñ. & Seneñ. quacunq3 forma uerborū expreſſa in
aliquod preiudiciū ſaluocōductui ſeu aſſecurationi ac publice audieñ. ipſis per nos conceſſe uel conceſſo
quod ſi nos uel aliquis ex nobis uel noſtris cuiuſcunq3 cōditionis uel ſtatus aut p̄eminētie exiſtēs p̄ſcripte
aſſecurationis & ſaluicōductus formam & modum in quocūq3 puncto uel clauſula uiolauerit quod tamē
auertere dignetur omnipotens: & ſufficiens emenda mox non fuerit ſubſecuta: & ipſorum arbitrio merito
approbanda & laudanda habeāt nos & habere poterūt incidiſſe in oēs penas quas iure diuino & huma
no aut conſuetudine huiuſmodi ſaluorūconductuum uiolatores incurrere poſſunt abſq3 omni excuſatiōe
aut quauis in hac parte cōtradictiōe. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſancte Synodi in eccleſia maio
ri Baſilieñ. celebrata. xii. kalēdas Iulii anno a Natiuitate dn̄i Milleſimoquadringēteſimotrigeſimoſecūdo.

¶ Epiſtola bohemis miſſa ſuper concluſione in Egra facta in quarta publica ſeſſiōe lecta.

Acroſancta generalis Synodus Baſileñ. in ſpiritu ſc̄tō legittime congregata uni
uerſalem eccleſiam repreſentans. Vniuerſis uiris eccleſiaſticis nobi
s libus & toti populo Regni Bohemie unitatē & pacem ī chriſto Ieſu dn̄o noſtro. Pridie ora
tores nr̄i ex oppido Egra ad nos reuerſi & ibidē cum nūciis ueſtris ꝯcluſa ſerioſe referētes
magno gaudio hāc ſanctā ſynodum repleuerūt. Aſſerūt enim cū tāta charitate & manſueta
dine hoc ſanctū unionis negociū fuiſſe tractatū: ut nō aliud exiſtimemus q̄ ſpiritūſanctum pacis & unita
tis auctorem in medio interueniſſe. Concepimus in his que referunt magnam ſpem future unionis &
indiſſolubilis inter nos charitatis. Pro qua re ſicut dignū eſt: ipſi ſpiritui ſancto cuius munere hoc factum
eſſe nō dubitamus gr̄as ex toto corde retulimus: elemoſynas ieiuniaq3 & oratiōes ſolēnes indiximus: &
ubiq3 uſq3 ad rē optato fine cōcluſam indici faciemus: laudamus & bn̄dicimus dn̄m qui tam letam nobis
tribuit diem: qua nullam adhuc ſenſimus letiorē poſtq̄ hunc locū attigimus. Parari enim ſemitā uidemus
ad magnā dei gloriā & grādē populi xp̄iani ꝑfectū. Nemo noſtrū fuit dum ipſi oratores ſingula uobiſcū
acta recenſebant: qui oculis uel corde nō fleret. Cōmouebant inuſitato gaudio uiſcera audiētiū rem tam
cōcorditer fuiſſe cōcluſam: ſperantium poſt hāc aliam multo letiorem diem adhuc ſucceſſuram. Exultem⁹
igitur & iubilemus inuicē deo ſalutari nr̄o. Qui recordatus miſericordie ſue incipit plebē ſuam tāta cum le
ticia uiſitare. Leuemus manus nr̄as ad celum glorificantes dn̄m nr̄m Ieſum xp̄m: ꝙ pacem quam quotidie
diebus nr̄is eccleſie dari petimus iam appropinquare uidemus Magnificem⁹ ſpiritū paraclitū qui animos
pauloante diſſidētes in hanc ſpem pacis repente conuertit. Sed ſi pro hac ſpe tantum gaudii ſuſcepimus
quam magna & inenarrabilis erit illa leticia tam noſtra quā ueſtra quādo optatum pacis & unitatis finem
re ipſa intuebimur. Vt autē cognoſcatis quantum hec res nobis eſt cordi ipſis noſtris nūciis in cōmuni cō
gregatione auditis formam ſaluiconductus & ea que cum ueſtris ambaſiatoribus cōcluſerūt nihil addito
uel retracto: hec ſancta Synodus unanimi omnium conſenſu approbauit. Et ecce ipſum ſaluum condu
ctum in publica ſeſſione decretum de uerbo ad uerbum quemadmodum in Egra conditum fuerat ad uos
deſtinamus. Miſimus etiam ut nihil ex parte noſtra deſit fratrem Iohannem de mulbron unum ex nunciis
noſtris qui in Egra fuerat ad ſereniſſimum pricipem dn̄m Regē Romanorum ut ab eo ſaluiconductū in
ea quam optatis forma obtineat: quem ut primū habuerimus ad uos ſine mora trāſmittemus parati ſemp
agere oia que pro ueſtra tutela & libera audientia neceſſaria uidebuntur. Vtinā ſicut fas eſt nobis uerba
exprimere ita mentes noſtras in publicum exhibere poſſemus: Vtinam ſicut hanc epiſtolā lecturi eſtis: ita
corda noſtra palam inſpicere poſſetis. Profecto non dubitamus quin cognita noſtra in uos ſumma charita
te mox ſine ulteriori tractatu in unitate ſpūs cōnecteremur. Et quoniam ſaluatoris noſtri ſententia eſt nō
qui inceperit: ſed q perſeuerauerit uſq3 in finē ſaluus erit: uos oēs per ſpiritumſanctum huius ſacri nego
cii directorem hortamur & obſecramus: ut quēadmodum rem iſtam ferueñt incohaſtis. Ita firmiter & con
ſtanter uſq3 ad uere unionis complemētum perſeueretis. Speramus in xp̄o ieſu uidere diem: & iam prope
eſt forte quo alter alterū ſīna charitate nos inuicē cōplectemur & unanimes in eadē ſancte mr̄is eccleſie
domo cū iocūditate ꝑpetuo habitabimus. Cōfidim⁹ in dn̄o tantā adhuc inuicē futurā dilectiōnē ut nullū

inter nos fuiſſe olim diſpēdiū uideat. Et quāquam nōdū hec ſancta unio ꝓ qua laboramus completa ſit: tñ ipſe ſpiritus ſanctus tātam huius rei ſpem & affectū cordibꝰ nr̃is impreſſit: ut quod futurū eſt iam quodāmodo in foribus eſſe credamus Corpore abſentes eſtis: ſed ob hanc ſpem in uiſceribus charitatis & uinculo uere dilectōis quaſi p̄ñtes amplectimur: & pre gaudio noſtꝛ ſi flentes tanq̄ mater filium ex lōginqua patria redeuntē uos tenerrime oſculamur. Iam igitur quaſi arram ꝓxime mutue unitatis pepigiſſe uidemur: & uos dudū futuros nr̃os dilectiſſimos fr̃es iam eſſe exiſtimamꝰ. Talia enim ipſe ſpiritusſanctꝰ initia dedit ut nō aliud quam pacē charitatē: & unitatē hinc attingere ſperemus. Leto ergo animo utrinq; ſimus. Iocunda mente inuicē uiuamus. Cum prope in ianuis gaudiū quod nemo tollet a nobis per ſpiritū ſanctū accepturi ſimus. Sed ut citius faciliuſq; cōſequamur uigilemus ſupplices in orationibꝰ & cōtinuis ꝓcibus: dñm noſtrum Ieſum xp̄m deuotis precibus exoremus: ut quod operari incepit cōfirmet atq; perficiat. Hora iam eſt ut ſancta mater eccleſia que pro tam duro filiorū ſuorū diſſidio diu cōſternata eſt ꝓ pace & unitate letari exultariq; incipiat: luctūq; p̄teriti tp̄is cōuertat in gaudiū. Tēpus iam aduenit ut qui eodē xp̄i caractere iſigniti ſunt & eodē baptiſmatis fonte renati depoſita omni diſſenſiōe eūdē charitatis & unitatis ſpiritū induant: & ad augmētum gloriāq; nominis xp̄iani totis uiribus intendant fidemq; orthodoxam ꝓtēgere curent: quā infideles pagani multis in locis ignominioſe peſſundāt: & extinguere moliuntur. Eya igitur cum nr̃e dilectiōis & ſyncere uoluntatis iam certi ſitis ammodo ueſtros legatos preparate quales in primis litteris poſtulauimus: ut cū Regius ſaluuſcōductꝰ aduenerit cū pleno mandato ad hoc ſacrum conciliū proficiſcamini. Quos ita grate benigneq; ſuſcipiemꝰ ut a parētibus filii ſuſcipi cōſueuerūt. Sp̄uſſanctus paraclitus in cuius nomie hec ſc̄tā Synodus eſt cōgregata nobis & uobis & toti populo chriſtiano hic ueram dilectionem & pacem ac in futuro ſeculo uitam eternam donare dignetur: Qui cū patre & filio regnat benedictus in ſecula amen. Datum in ſeſſione publica ſolēniter celebrata in eccleſia maiori Baſilieñ. die ueneris. xx. menſis Iunii anno a natiuitate dñi. Milleſimoquadringēteſimotrigeſimoſecundo.

¶ Seſſio quarta & decreta Concilii Baſilienſis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſp̄uſc̄tō legittime cōgregata uniuerſalē eccl̄iam repreſentās Attendēs quod ad ꝓuidētie ſpectat officiū ꝑſpicaci ꝯſideratiōe futura ꝓſpicere: & aduerſus ea que reipublice poſſent inferre diſpēdia ſalubriter ꝓuidere. Cū itaq; eadē ſancta Synodus ad extirpationē hereſum pacē in xp̄i populo & morū reformationē eū ſpiritusſancti gratia ꝓut ſtatu rerum & tēporū cōſiderato eſt admodū neceſſarium ſit intenta. Et ꝓpterea uenerabiles in xp̄o patres ſancte romane eccleſie Cardinales ad ipſum ſacrum cōciliū euocauerit exiſtimās eorum in ſacro concilio preſentiā pro eorū auctoritate ſapiētia rerūq; noticia multimode fructuoſam eiſq; tanq̄ ueris obedientie filiis ad ſacrum cōciliū uenientibus ſi alibi cōtingeret apoſtolice ſedis uacatio in facturā eorū qui obediētes uocationem ſacri cōcilii deſeruirēt utilitati eccleſie poſſet redūdare cū tñ ut obedientia non iacturā afferat ſed potius utilitatis & honoris augmētum ratio cūctis nota ſuadeat. Et ne aliquibus forſitan uenire negligentibus ꝓdeſſe inobediētia uidereť: hec & alia que animū cuiuſcūq; prudentis ad hoc mouere poſſent & deberēt: ꝓuida attentione proſpiciēs hec ſancta ſynodus ſtatuit decernit atq; diffinit: quod in euētum uacationis ſedis ap̄lice hoc ſacro generali durāte cōcilio electio ſummi pontificis in loco iſtius ſacri cōcilii fiat & interdicit ne alibi celebreť. In cōtrariū attēptata quauis auctoritate etiā ſi papali non obſtātibus quibuſcunq; cōſtitutōibus editis uel edēdis: aut aliis in cōtrariū facientibus: ac ſi de ipſis eſſet de uerbo ad uerbū facienda mētio ſpecialis aut iuramēto firmata exiſtāt quibus ex certa ſciētia derogat & decernit nulla & irrita eſſe: nulliꝰ roboriſq; uel momēti. Ipſo iure cōtrariū uero attētantes ſint tam actiue quā paſſiue quo ad electionē romani pōtificis: & ad quaſcūq; alias dignitates inhabiles & omnibus habitis dignitatibus perpetuo priuati & infamie notam: ac etiam excōicationis ſententiam incurrāt ipſo facto. Quod ſi forſan aliqua de facto pretenſa electio preſumeretur tam electus pretenſus quam illi adherentes: & eum pro tali gerentes ſupradictas penas incurrant pari modo: abſolutionem uero omnium & ſingulorum qui premiſſas ſententias aut earum aliquā incurrerint quo quomodo dicta ſynodus tantūmodo preterq̄ in mortis articulo ſibi reſeruat. Decernens hoc preſens decretum ligare afficere uim & effectum habere atq; ſortiri poſt quadraginta dies continuos proxime futuros a die publicationis eiuſdem.

¶ Ne ui iuramenti aut promiſſionis alicui facte aliq̄ aſtrictos ſe putent ut ad conciliū uenire non poſſint.

Item ordinat ſtatuit decernit & declarat. Quod qcūq; & ſinguli cardinales patriarche archiep̄i ep̄i abbates p̄lati reges pricipes duces marchiōes comites barōes uicarii eccl̄ie romāe uaſalli ciuitates romāe curie officiales ſūmi pōtificis familiares ſiue alii cuiuſcūq; ꝯditōis exiſtāt ſiue qbuſcūq; noibꝰ cēſeanť ꝑ iuramēta ꝓmiſſiōes uel quaſlibet alias obligatōes p̄fato ſūmo pōtifici ſeu alteri ad hoc eiꝰ mādato deputato aut deputādo ſeu qbuſuis aliis quōlibet ſup quacūq; re: uel cauſa & ſub quacūq; uerborū forma p̄ſtita ſeu preſtanda nullatenus obligentur aſtringantur: aut ſe impeditos a ueniendo ad hoc ſacrū ſanctū cōcilium occaſione dictorum iuramentorum ꝓmiſſionū uel aliarū obligationū pretendere poſſunt

aut poterūt in futurū quominꝰ abſqꝫ piurii ſeu infamie nota ad ipſam Synodū teneant accedere: q de iure uel cōſuetudie ſunt aſtricti: ceteri uero q uocati & reqſiti fuerit. Et oium ꝑdictorū ꝓcuratores obedire: & adherere ipſi cōcilio & libere accedere poſſint & teneātur & eidē licite intereſſe. Proceſſus uero quoſcūqꝫ ſuſpenſiōis & excōicatiōis interdicti: necnō priuatiōis dignitatū bñficiorū ſeu officiorū quorūcūqꝫ & cōmendarū reuocatōes ac inhabilitatōis ſnias ſeu piurii alias ue penas mulctas & cēſuras in ſe cōtinētes in ipſos occaſiōe premiſſorū per quēcūqꝫ quauis: ēt romani pontificis auctoritate fulminatos ſeu fulminandos cum omnibꝰ inde ſecutis aut ſecuturis: eadē ſacra Synodus nullos caſſos & irritos: ac nullius roboris ſeu momenti exiſtere pronunciat declarat & diffinit: & quatenus de facto proceſſerunt ſeu proceſſerint reuocat caſſat irritat & annullat & pro caſſis irritis & nullis habendos ſtatuit & decernit.

De bulla plumbea.

Item ut geſta in ipſo Synodo durabiliori teſtimonio roborentur ſtatuit & ordinat ipſa Synodus qd decetero in litteris ſuis autenticis utatur bulla plumbea pēdente cum cordula canapis aut ſerici prout uarietas cauſarum & rerum ſuper quibus littere eedem conficientur poſtulabit: in uno miſſionis ſpūſſancti in ſpecie columbe: in alio uero lateribus horum uerborum. Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. ſculpturas continente: decernens eiuſdem plenam & omnimodam fidem adhibendam fore.

¶ Quod papa durante concilio non poſſit creare cardinales nec creatos publicare.

Item cum multiplicatio cardinaliū ſit eccleſie diſpēdioſa & onerosa propterea & ex aliis rōnabilibꝰ & legitimis cauſis eandē ſanctam ſynodū monētibus ſtatuit ordinat atqꝫ ex certa ſciētia hoc irrefragabili decreto decernit ipſa ſancta ſynodus quod durāte hoc ſacro cōcilio romanꝰ pontifex a loco iſtius ſacri cōcilii abſens ꝑſonaliter nō debeat nec poſſit aliquē uel aliquos cuiuſcūqꝫ dignitatis conditōis gradus ſeu ſtatus exiſtāt in ſancte romāe eccleſie cardinalē uel cardinales quouiſmō aut quocūqꝫ queſito colore uel cā aſſumere ꝓnūciare ſecrete aut publice aut ꝓnūciatos ſeu aſſūptos ſecreto publicare. Et ſi ſecus attēptatū fuerit exnūc in antea irritū ſit & inane: nulliuſqꝫ roboris uel momēti. Quod ſi forſan taliter de facto aſſumpti aut ꝓnunciati ſe ꝓ cardinalibꝰ gerere aut noiare ꝑſumpſerint qbuſcūqꝫ dignitatibꝰ priuati & ad oēs & ſingulas futuras inhabiles. Et qcūqꝫ eos ꝓ cardinalibꝰ gerētes & reputantes exnūc ꝓut extūc ſnia excōicatōis innodati ſint ipſo facto a qua ꝑterꝗ in mortis articulo niſi a ꝑfata Synodo abſolutōis ſiue habilitatiōis bñficiū obtinere nō poſſint. Datū in ſeſſione publica eiuſdē ſynodi in eccl̄ia maiori Baſilieñ. ſolēniter celebrata. xii. Kalendas Iulii. Anno dñi Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoſecundo.

¶ Littera cōmiſſiōis regiminis ciuitatis auioneñ. & comitatus Venaycini i eadē ſeſſione quarte ꝓnūciata.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpūſancto legittime cōgregata uniuerſalē eccleſiā repñtans. Dilecto eccl̄ie filio alfonſo ſancti Euſtachii ſancte romane eccl̄ie dyacono cardinali ap̄lice ſedis legato ciuitatis auinioneñ. & cōitatus Venaycini in ſpūalibꝰ & tpalibus ꝓ nobis: & ſancta matre eccl̄ia uicario gñali ſalutē & oipotētis dei bñdictionē. In pacis auctore hec ſancta ſynodus cōgregata cū uniuerſi populi xp̄iani pacē & tranqllitatē exoptās per diuerſas mundi ptes ad ꝓcurandū ea que pacis ſunt & ſcādalis obuiandū ſue follicitudinis opus impēdat eccl̄ie ꝓpriū patrimōiū ad hoc ꝓcurāde pacis & trāquillitatis ſtudio expers nullatenꝰ eē decuit qnimo ipſam debet ſpālis intuitꝰ cura fouere. Cū itaqꝫ ad ipſius ſacre ſynodi noticiā fide dignorū ſit relatiōe deductū ꝙ ciuitas auinioneñ. que ſancte dei eccleſie ſemp fideliſſima & obſequētiſſima fuit certis urgētibus rōnibus & cauſis neceſſarius uicariū per ſummū pōtificē ad ipſius regimē deſtinatū ſe admittere nō debere ꝑtendat: atqꝫ ad eundē ſummū pontificem plures ambaſiatas deſtinauerit pro utili & ſalubri gubernatiōe ciuitatis eiuſdem ac comitatus Venaycini eidem adiacētis ſuppliciter poſtulās ut de alio utili eīs ꝓuideretur uicario quod hucuſqꝫ obtinere nequiuit: nec ſperat poſſe obtinere: quinimo is qui pro uicario deſtitutus eſt intēdit: & nititur ſuſcipere gubernatiōis officiū inuita ciuitate: cōgregare ſatagēs multitudinē gētium armatarū. Vnde ſuper ꝓmiſſis informatiōe recepta ex his & aliis que honeſtas ceſet calamo nō promēda de turbatiōe & periculo graui ſtatꝰ ciuitatis illius & patrie eſt ex ueriſimilibus & urgeñ. rationibus dubitādum: eſſetqꝫ nimis graue diſpēdiū ſi forte quod auertere dignetur altiſſimus eccleſia perderet illud tam nobile patrimoniū ſui membrum aut guerrarum inquietudine turbaretur: Idcirco hec ſancta ſynodus hmōi periculis cupiens obuiare ciuitatēqꝫ illam & comitatum in pace & quiete fouere regimen & gubernationem ciuitatis ipſius & comitatus uſqꝫquo cum ſummo pontifice per ipſam ſanctam ſynodum uel aliquo eius nomine habito pleniori tractatu fuerit aliter ordinatum: maxime attento ꝙ propter diſtantiam locorum & diſcrimina uiarum nō pōt facile fiēri recurſus ad dictū ſummū pontificē & periculū ſit in mora: tibi cuiꝰ future utili & fideli gubernationi fidē facit aliarū terrarū eccl̄ie regimē per te hactenus fideliſſime plurimūqꝫ utiliter geſtū duxit ad honorē dei: ſctē mr̄is eccl̄ie: ac huiꝰ ſctē ſynodi tenore pñtiū plenarie cōmittēdū cū plenaria ptāte regēdi & gubernādi dictā ciuitatē auinioneñ. & comitatū Venaycini oēmqꝫ in eiſdē iuriſdictionē merū & mixtū imperium per te uel alium ſeu alios exercendi: officiales ammouendi etiam ſi pontificali preſulgeant

dignitate & alios uel eoſdē inſtituēdi iuramēta ſeu ꝓmiſſiōes recipiēdi ac illa relaxādi cum quibuſcūq; ſemel uel pluries quotiēs uiſum tibi fuerit opportunū. Quaſcūq; pecunias fruct⁹ ꝓuent⁹ & emolumēta in illis ciuitate & comitatu rōne iuris papalis uel ſctē romane eccl'ie: aut quocūq; iure uel titulo pro tpe pterito pñti & futuro camere apl'ice debitas & debita recipiēdi & exigēdi ac recipi & exigi faciēdi cōtradictores quoſlibet uel inobediētes cenſuris eccl'iaſticis & aliis cōpeſcēdi remediis opportunis. Et gñaliter cum oib⁹ illis ptātibus & facultatib⁹ quas bone memorie Frāciſcus archiepus Narboneñ. ſctē romane eccl'ie camerarius a felicis recordatiōis Martino papa qnto ac alias habuit dum ageret in hūanis: licet ēt hic non ſpecifice exprimant: Mandās tibi in uirtute ſctē obediētie & ſub penis iuris quatenus curā & regimen predictum humeris tuis impoſitū reuerēter ſuſcipias ac diligēter & fideliter exequaris utilitatē publicā tranqllitatēq;: & pacificū ſtatū illi⁹ ciuitatis & comitatus ſic ꝓcurare ſolicite ſtudeas: ipſūq; regimē & gubernationē pro modo tue ſapientie ſic utiliter gerere ut apud deū eterne uite merita: & apud mundū fama tua laudis & glorie ſuſcipiat incremēta. Mandat inſup oib⁹ officialib⁹ ciuibus incolis & habitatorib⁹ dicte ciuitatis & comitatus capitaneis: necnō caſtrorū caſtellanis bailiuis & aliis officialibus quibuſcūq; quouis nomine cenſeant & aliis uniuerſis: quaten⁹ tibi & per te deputādis officialibus ad regimē eorūdem: & nulli alteri pareāt obediāt & intendāt in oibus & per oia quēadmodū prefato archiepo Narboneñ. dum uiueret: & pro eccleſia romana dicte ciuitatis & comitatus regimē & gubernationē gereret faciebāt: & facere tenebant. Quibuſcūq; ꝓmiſſionib⁹ iuramētis obligatiōibus: & aliis qbuſcūq; diſpoſitionibus in cōtrariū facientibus nō obſtantib⁹ nullo mō. Hec nāq; ſancta ſynodus oium quorūcunq; obuiantiū predictis uim & effectū pñtiū auctoritate ſuſpēdit. Et quicquid per te rite ſpūaliter & tpaliter geſtum & ordinatū actū uel ſententiatū fuerit uel ꝓuiſum hec ſancta ſynodus ratū & gratum habebit ac faciet auctore dño inuiolabiliter obſeruari. Datū in ſeſſiōe publica eiuſdem ſancte Synodi in eccleſia maiori Baſilieñ. die ueneris .xx. menſis Iunii: Anno domini Mileſimoquadringenteſimotrigeſimoſecundo.

¶ Decreta quinte Seſſionis concilii Baſilienſis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpūſancto legitime cōgregata uniuerſalē eccleſiā repñtans cōſiderans q ipſa inter alia fructuoſa opera ad hereſes extirpādum & a fide deuios ad eiuſdem fidei orthodoxe unionē reducēdos in ſpūſancto pricipaliter cōgregata dignoſcit. Et ꝓpterea ↄſtituit accomodū fore imo neceſſariū ꝓ cauſis fidē ↄcernētib⁹ in hoc ſacro cōcilio tractādis & examinādis de pſonis idoneis ꝓuidere Ea pp ↄſtituit & deputat iudices ad audiendū oēs & ſingulas cauſas fidē quōlibet cōcernētes uenerabiles Frāciſcū papieñ. Cōradū ratiſponeñ. epos & dilectū eccleſie filiū Iohānem abbatē Ciſtercieñ. quibus in cauſis hmōi per deputatos ad hoc prius examinatis ipſiſq; deſignatis & remiſſis dat poteſtatē in pdictis cauſis in hoc loco cōcilii & extra citādi & audiēdi cognoſcēdi decidēdi & alia faciēdi: que ad dictas cauſas ptinent & ptinebūt uſq; ad diffinitiuā ſententiā excluſiue: & ut eo facilius cauſe predicte ſuum debitū finem cōſequant: eadem ſancta Synodus ut ipſi iudices predicti aut duo ex eis tertio ſtatutis horis non uenientes termino in cauſis hmōi tunc occurrentes tenere & obſeruari facere: & alias ſummarie ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicii procedere ualeant ſtatuit & decernit.

¶ De procuratore fidei.

Item ſancta Synodus pdicta deputat & cōſtituit dilectū eccleſie filium Nicholaū amici licētiatū in theologia in cauſis fidei pmiſſis ꝓcuratorē gñalē hoc durāte cōcilio cum ptāte ſubſtituēdi de cōſenſu & auctē iudiciū pdictorū qui nullā cauſam ꝓmoueat niſi primū p deputationē fidei fuerit examinata & admiſſa. Item dicta ſancta Synodus ne inter ceteros uberes fructus ꝓ qb⁹ ꝓſeqēdis ſummopere deſudat Iuſtitia indebite grauatis pro qua ad eandē cōfluunt miniſtrāda deficiat: aut ipſius executio plus debito negligat: uolens in premiſſis opportunis remediis prouidere conſtituit ordinat & deputat iudices ſeu cōmiſſarios ad audiēdum oēs cauſas ad dictam ſanctā ſynodum deuolutas ſeu deuoluēdas deductas ſeu deducendas cauſis cōcernentibus fidem exceptis Venerabiles Berengarium petragoriceñ. Petrum auguſteñ. ꝓuincie maguntiñ. & Delphinū parmeñ. epos quib⁹ in cauſis premiſſis per deputatos ad hoc prius examinatis ipſiſq; remiſſis & deſignatis dat ptātem nō obſtātib⁹ feriis in hoc loco ↄcilii & extra citādi & audiēdi & cognoſcēdi referēdi diffinīēdi & alia faciēdi que ad dictas cauſas pertinēt & ptinebunt & ut eo facilius cauſe ſeu negocia ad debitū finem perueniant: eadem ſacra ſynodus ut tres aut duo ex ipſis tertio ſtatutis horis non uenīētes termino in cauſis hmōi tunc occurrētes tenere & obſeruari facere: & alias ſecundū qualitatē cauſarū ꝓcedere ualeāt ſtatuit & decernit cauſis tñ eccl'iarū cathedraliū & maioribus earūdem dicte ſacre ſynodo reſeruatis de quibus ſe non impediant niſi de generalis congregationis patrū & ſuppoſitorum eiuſdem etiam citra ſeſſionē publicā cōmiſſione ſpeciali: ratificatq; nihilominus hec ſctā Synodus & approbat oēs ↄmiſſiones quarūcūq; cauſarū: ēt cathedraliū & maiorū ſub quacūq; poteſtate in generali cōgregatiōe: dictis iudicibus ſeu aliis cōmiſſariis hactenus factas necnō proceſſus exinde ſecutos; & etiā in antea per eoſdem cōtinuandos. Item ne iudices predicti quaſlibet cauſas ad hoc factum

conſenſu concilii diſſoluere nequiuerat quā facti quod cauſe pretenſe diſſolutionis uere non fuerant
extitit luce clarius patefacta . Tranſactis his quattuor menſibus cum in publica ſeſſione promotores
ſacri cōcilii ipſius dñi Eugenii contumaciā accuſantes eū cōtumacē declarari peterent ſancta Synodus a
dictis oratorib? fuit exorata ut ſupſedere dignaret ptunc & uſq3 ad tres menſes: poſtea diſtulit.Et cū in
terim nulla ſue emēdationis iudicia appareret imo quottidie in ſuo pposito durius pſeuerans in numeris
modis quos honeſtatis cā reticemus ipſa3 ſctām Synodū diſſipare & euertere conaret Nos licet ſuadeñ.
iuſtitia acrioribus remediis uti potuiſſemus nihilominus māſuetudinis noſtre nō immemores.Iterū ipm mo
nuimus: & ex parte omnipotentis dei pcepimus ut infra ſexaginta dies diſſolutionem pretenſam prorſus

reuocaret: & ſacro cõcilio pure ſimpliciter & cũ effectu adhereret. Quib⁹ exactis iterũ p ꝓmotores cõcilii
ipſius dñi Eugenii cõtumaciã fortius accuſantes inſtãtius interpellati ſumus ut ad declarationẽ cõtumacie
& ad penas quas tãta cõtumacia exigebat ꝓcederem⁹. Et nihilominus aliquãdiu differre decreuimus : ſi
forte tantã ſacri cõcilii pietatẽ uidens ipſe quoqȝ ad pietatẽ flecteret. Interea quattuor alii ſui oratores ad
nos ſupuenerũt uarias ſecũ facultates immo uerius difficultates & inuolutiões afferẽtes per quas monitõi
nr̃e nullatenus parebat nec ꝑtenſa irritabat ſed potius firmabat diſſolutio. Multa ẽt alia in his cõtinebant
nõ mediocriter abſurda & ſacro ꝑiudicialia cõcilio. Quib⁹ ſine dei offenſa & graui iactura eccl'ie nullate
nus aſſentire poteramus ꝓut hec in reſpõſione dictis ambaſiatorib⁹ ſextadecima die Iunii tradita diffuſe
deſcribunt. Poſt itaqȝ duos menſes qui decimanona Februarii expirarũt uſqȝ ad pñtem diẽ patiẽter diſtu-
limus ſperãtes ipſum dñm Eugeniũ plenã tandem adherentiã prebiturũ: ſed ut rei euidẽtia iam demõſtrat
quo magis pulſatur eo amplius obdurat aures. Et quãto ſecũ benignius ac modeſtius agit: eo tenacius in
ſuo diſſolutõis propoſito pſeuerat. Et quãtũ ex eius uerbis factiſqȝ colligi poteſt: nil aliud ꝑtendere uidet
niſi ut eccl'iam peſſundet: iuſqȝ ſibi & ſucceſſoribus faciat nõ ſolũ abrogãdi ritum ſacrorũ cõciliorum: &
ea p libito diſſoluẽdi : ſed & ipſorũ ſacratiſſima decreta ſpiritu dei ꝓmulgata a qb⁹ ſtatus pẽdet uniuerſa
lis eccl'ie irritãdi & abolẽdi: & preſertim declarationẽ illã q i his q̃ ad fidei cãa extirpationẽ ſciſmatis : &
gñalem eccleſie reformationẽ in capite & in mẽbris pertinent: qlibet ẽt papalis dignitatis decretis gñalis
concilii ſubiicit. Ex qbus quot quãtaqȝ mala ac ſcãdala ex nunc & in futurũ ſuccedere poſſint ſatis omni-
bus liquet: & in prefata reſpõſione late exprimit. Cum ergo iam ultra annũ & dimidiũ incaſſum apud eum
laborauerimus: nec noſtris aut aliorũ precibus ac monitõibus flecti uelit: nec eum quãtacũqȝ manſuetudo
ac patientia ad ea que pacis & rationis ſunt mouere queant. Quod amplius fruſtra immorandũ eſt forſan
noſtrã patientiã putat aſſenſum : & ex longa dilatione fiduciã perſeuerandi aſſumit: quaſi arbitret ſe recte
feciſſe: nec eccleſiam in eum quicq̃ poſſe cui nulla irrogare penam auſa eſt : ueremur ne facilitas uenie in
centiuũ ſibi tribuat delinquẽdi. Timemus ne ſi delicta notoria intacta dimittam⁹ fouere ipſa iudicemur.
Chriſtus deus noſter cũ in hierl'm pergeret opus nr̃e redẽptiõis impleturus: & petrus eum ꝓhibere uellet
cõpeſcuit ipſum dicẽs. Vade poſt me ſathanas ſcandalum mihi es: quia non ſapis que dei ſunt ſed ea que
hominum. Beatus paulus cum uidiſſet beatum petrum apoſtolorum principem circa obſeruationem lega
lium reprehenſibilẽ fore & non ambulare ad ueritatẽ euangelii reſtitit ei corã omnibus in faciem: & eum
a ſimulatione in quam alios deducebat ueritatis zelo repreſſit. Eccleſia catholica ſepenumero ſummos
Pontifices ſiue a fide delirantes ſiue prauis moribus notorie eccleſiam ſcandalizãtes correxit & iudicauit
neqȝ ubi de fidei periculo aut ſcandalo chriſtiane religionis agebatur Romanis pontificibus pepercit: his
exemplis ac rationibus hec ſancta ſynodus excitata habens a deo auctoritatem animaduertendi in eos
qui ipſam nõ audierint: conſideranſqȝ expedire tam ſaluti anime ipſius dñi Eugenii q̃ ſtatui uniuerſalis ec
cleſie modernis futuriſqȝ tẽporib⁹ ãmodo indictum dñm Eugenium acrioribus remediis quando quidem
leuiora nõ proſunt ꝓcedere decreuit: & quãquã in tam notorie & incorrigibiliter ſcandalizantẽ eccleſiam
ſtatim poſſet finalẽ ferre ſñiam: neſciens tñ materne pietatis obliuiſci: intuitu etiã ꝑfati ſereniſſimi Impe
ratoris qui per ſuas litteras ſuper hec nos exacte rogauit adhuc ipſum dñm Eugenium tertio monere ac
ẽt tertiam ei indulgere dilationẽ ꝓponit ut in ſua ptãte ſit ſi uelit penam euitare. Iccirco hec ſynodus pre
fatum dñm Eugenium cum quãta poteſt inſtãtia & affectu per uiſcera miſericordie Ieſu chriſti rogat orat
obſecrat monet citat & requirit: & ex parte omnipotẽtis dei ultimo & pemptorio mãdat & ꝑcipit ut ꝑdi
ctam ꝑtenſam notorie ſcãdaloſam diſſolutionẽ penitus reuocet : & hoc ſacrũ cõcilium Baſilieñ. per gene
raliũ Conſtantieñ. & Seneñ. conciliorũ ſtatuta approbationẽqȝ felicis recorda. Martini pape quinti: & ipſi
us dñi Eugenii legittime incohatum declaret a tẽpore huiuſmodi incohationis cõtinuatum fuiſſe & eſſe:
ꝓſecutionemqȝ ſemp habuiſſe cõtinuariqȝ ac ꝓſecutionem habere debere. Et ipſi pure & ſimpliciter ad
hereat: & cũ effectu: & huiuſmodi reuocationẽ declarationẽqȝ & purã adheſionẽ per ſuas litteras more
romane curie bullatas huic ſacro cõcilio notificet infra ſexaginta dies a die ꝑſentis publice ſeſſionis ime-
diate ſequẽtes. Quod ſi ꝑdicta oia & ſingula infra ꝑfatos dies adipleuerit cũ effectu: hec ſancta ſynod⁹
ex ſua ſolita benignitate & clemẽtia ipſum dñm Eugenium quãtum cũ deo poterit honorare & honorari
facere intẽdit. Si uero quod abſit i pertinatia pdurans oia & ſingula ꝑdicta infra prefatos ſexaginta dies
realiter & cum effectu non adimpleuerit: elapſis dictis ſexaginta diebus exnunc prout extunc: & extunc
ꝓut exnũc hec ſancta ſynodus in uirtute oipotentis dei a quo ſuper oẽs chriſtifideles imediate poteſtatẽ
uendicat ꝑdictũ dñm Eugenium manifeſtũ cõtumacẽ & notorie incorrigibiliterqȝ ſcandalizantẽ eccleſiã
ab oi adminiſtratione papatus in ſpũalibus & tẽporalibus ipſo facto ſuſpẽdit: & ſuſpẽſum eſſe declarat:
ꝓceſſura: tãdem ad ulteriora uſqȝ ad ſñiam finalẽ incluſiue ſi opus fuerit ipſo dño Eugenio amplius non
citato prout ſpirituſſanctus dictauerit : omnem ipſius papatus adminiſtrationẽ in his omnibus que i ſpi
ritualibus & tẽporalibus ad ſolum papam uel ſolã ſedem apoſtolicam de iure pertinere noſcitur : eadem
ſancta ſynodus poſt dictum terminum ad ſeipſam decernit & declarat ipſo facto eſſe deuolutam. Quic-

quid aũt in caſu p̄dicto per ipſum dñm Eugeniũ lapſo dicto termino ratione papatus factum fuerit: & at
tẽptatũ decernit irritum & inane. Quo caſu oẽs reges principes & cõitates: & alios quoſcũq; cuiuſuis ſta
tus & dignitatis exiſtãt hec ſancta ſynodus monet & requirit: & eiſdẽ in uirtute ſancte obediẽtie: & ſub
diuini obteſtatione iudicii mãdat eccleſiaſticis uero perſonis quacũq; dignitate: etiam ſi cardinalatus pa-
triarchali aut pontificali p̄fulgeãt ſub penis quas ipſo facto incurrant excõicationis & ſuſpenſionis ab oĩ
bus dignitatibus beneficiis & officiis quocũq; nomine nuncupent̃: etiã ſi forẽt metropolitane aut cathe-
drales eccleſie ſiue in titulũ ſiue in cõmendã obtineãt: uicariis autẽ gubernatoribus uaſallis feudatariis &
ſubditis romane eccleſie ſub pena priuatiõis ipſo facto omniũ feudorũ & aliorũ quorũcũq; iurium & pri
uilegiorũ que ab ipſa romana eccl'ia obtinẽt diſtricte precipit ut p̄fato dño Eugenio durãte p̄dicta ſuſpẽ
ſiõe p̄textu cuiuſuis iuramenti ſubiectõe aut ꝓmiſſe fidelitatis nullatenus ratõe papatus obediãt. Addicit
quoq; hec ſancta ſynodus ꝙ ſi prefatus dñs Eugenius predicto termino ſexaginta dierũ pẽdẽte aliquas
ꝓmotiones fecerit ad cathedrales eccleſias uel eccleſiaſticas dignitates uel alia quecũq; beneficia uel offi
cia in fomentũ dicte ſue p̄tenſe diſſolutiõis & eneruationẽ diminutionẽ ſeu impedimẽtum huius ſacri cõ
cilii: de quo ipſius ſacri cõcilii arbitrio iudicabitur: an facte fuerint in fomentũ eadem ſancta ſynodus hu-
iuſmodi ſic factas ꝓmotiones caſſat irritat & annullat. Mandat preterea ĩ uirtute ſancte obediẽtie & ſub
pena priuatiõis quã ipſo facto incurrãt oium ſuorũ beneficiorũ & officiorũ cõmendarũ penſionũ & gratia
rum quarũcũq; etiam expectatiuarũ omnib⁹ & ſingulis ſancte romane eccleſie cardinalibus patriarchis
archiep̄is epiſcopis: & aliis eccleſiarum p̄latis officiariis curie: & clericis quibuſcũq; in romana curia exi
ſtẽtibus cuiuſuis ſtatus aut cõditionis exiſtãt: quatenus in caſu p̄dicto poſt lapſum dicti termini infra tri-
ginta dies ꝓxime imediate ſequẽtes a curia romana recedãt: & deinde cardinales oĩno ſub pena predicta
ad hoc ſacrũ cõcilium omni mora poſtpoſita ueniãt: patriarche uero archiep̄i epiſcopi & aliĩ eccleſiaſtici
prout de iure uel cõſuetudine ad generale concilium ire tenent̃ ſub penis iuris iter ſuũ ſine fraude ꝯtinuan
do ad hoc ſacrum cõcilium arripiant. Reliqui uero qui ad generale conciliũ non tenentur uenire ad reſidẽ
dum & deo ſeruiẽdum in propriis beneficiis: uel ad hoc ſacrum generale cõcilium ſine more diſpendio: &
omni fraude ceſſante ſe transferãt & accedãt. Omnes autẽ cauſas tam eccleſiaſticas q̃ ꝓphanas: ciuiles
& criminales inter quaſcũq; perſonas cuiuſcũq; ſtatus cõditionis aut dignitatis exiſtant in curia romana
pendẽtes lapſo dicto termino ſexaginta dierum in caſu predicto ab ipſa curia romana: eadẽ ſancta ſyno-
dus ad ſe aduocat: & aduocatas eſſe uult expreſſe inhibens ſub pena excõicationis late ſnĩe oĩbus iudici
bus auditoribus: & cõmiſſariis quibuſcũq; p̄dicte curie: ne poſt dictos dies ĩ p̄fatis cauſis procedere aut
quicquã agere quoquomodo p̄ſumant. Quicquid autem cõtra hanc aduocationẽ & inhibitionẽ attẽptari
cõtigerit ipſo iure decernit irritum & inane. Decernit tandẽ hec ſancta Synodus huius decreti publicatio
nẽ in preſenti ſeſſione factã eiuſq; affixionẽ in ualuis maioris eccleſie Baſilieñ. uim habere monitionis ci
tationis & executionis: & ita uniuerſos artare ac ſi perſonaliter apprehẽſi: & eis intimatũ fuiſſet. Inſuper
hec ſancta ſynodus declarat & ꝓteſtatur ꝙ nihilominus dilatiõe huiuſmodi ſexaginta dierum pẽdẽte cũ
id rerum neceſſitas ſuadeat & qualitas agẽdorum in ulteriori proſecutiõe cõcilii & agendorum in eo ꝓce
dere intẽdit ordinare debite & mature: nec propterea ſuperſedere aliqualiter in proceſſu. Datum in ſeſſio
ne publica eiuſdem ſancte ſynodi in eccleſia maiori Baſilieñ. tertio idus Iulii Anno a natiuitate domini
Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio.

¶ Decretum electionum dignitatum & confirmationis electiuarum

Sicut in cõſtruenda domo p̄cipua eſt architectoris cura ut tale iaciat fundamẽtum ſup
quo firmum perduret edificium. Ita in generali eccleſie reformatione potiſſimum
eſt huius ſancte Synodi ſtudium ut tales eccleſiis preficiãtur paſtores qui tanquã colũne &
baſes ipſam eccleſiam doctrine & meritorũ uiribus firmiter ſuſtentẽt. Quanta autẽ in eligẽ
dis prelatis diligẽtia adhibẽda ſit officiũ eis iniunctũ euidẽter oſtẽdit. Ad regimẽ enim aſſu
munt̃ animarũ ꝓ quibus dñs noſter Ieſus chriſtus mortuus eſt & ſanguis eius p̄cioſius effuſus. Propterea
ſacri canones ſpiritu dei ꝓmulgati ꝓinde ſtatuerunt: ut unaqueq; eccleſia ac collegiũ ſeu ꝯuentus ſibi p̄la
tum eligant. Quibus hec ſancta Synodus eodẽ ſpiritu cõgregata inherens ſtatuit & diffinit generalẽ reſer
uationẽ oium eccleſiarũ Metropolitanarũ Cathedralium Collegiatarũ monaſteriorũ ac dignitatũ electiua
rum: p Romanũ pontificẽ decetero fieri aut facta uti nõ debere reſeruationibus ĩ corpore iuris clauſis: &
his quas in terris romane eccleſie rõne directi ſeu utilis dñii mediate uel imediate fieri contigerit ſemper
exceptis. Sed quod per electiones ac cõfirmationes canonicas ſecundũ iuris cõmunis diſpoſitionẽ predi-
ctis metropolitanis cathedralibus monaſteriis & collegiatis eccleſiis ac dignitatibus electiuis uacanti-
bus debite prouideatur: non derogando propterea ſtatutis priuilegiis ac conſuetudinibus rationabilibus
quibuſcunq; poſtulatõibus in iuris communis diſpoſitione remanentibus. Decernitq; hec ſancta Syno-
dus ratione fore conſentaneum & reipublice accomodum: ut contra hoc ſalutare decretum Romanus
pontifex nihil attemptet niſi ex magna rationabili & euidenti cauſa in litteris apoſtolicis nominatim

exprimenda & ut eo firmius hoc ſalubre decretū cuſtodiať: uult eadē ſancta Synodus ut inter alia q̄ Ro
man⁹ pōtifex in ſua aſſumptione ꝓfitebitur iuret decretū hoc inuiolabiliter obſeruare. Et qm̄ tales ut ꝓdi
ctum eſt oportet eſſe ꝑlatos hii ad quos ius ptinet eligendi omnē curam adhibeant ut dignā corā deo &
hoibus electionē faciāt exactāmqꝫ ꝓinde apponāt ſollicitudinē ut tales eligāt qui tāto officio ſatiſfacere
ualeāt. Sciētes ꝙ ſi uel doloſe uel negligēter: ac timore dñi poſtpoſito in re tam graui ſe geſſerint ſicut au
ctores erūt & eī malorū paſtorū ita participes fient penarū quas ipſi mali paſtores in diſtricto dei iudicio
patient. Et cū humane fragilitatis conatus nihil ſine omnipotētis dei ſuffragio queat efficere: a quo oē da
tum optimum & omne donū pfectū deſcendit: aduentente die electionis hii ad quos pontificis uel abba
tis ſpectat electio in eccleſia cōueniant magna cū deuotione miſſam de ſpūſancto audituri quē humiliter
exorabūt ut eos ad dignū eligēdum paſtorē inſpirare digneť. Et ut eo facilius gratiā hāc obtinere merean
tur quo deuotius ad actū electionis accedant cōtriti & cōfeſſi ſacramētum eucariſtie reuerēter ſuſcipiāt.
Ad locū uero electionis ingreſſi pro quocūqꝫ ꝑlato q per electionē aſſumiť iurabunt in manib⁹ eius qui
capitulo ꝑſidebit: & ipſe preſidēs in manib⁹ eū imediate ſequētis ſub hac forma. Ego. N. iuro & ꝓmitto
oīpotenti deo & tali ſancto uel ſancte ſub cui⁹ uocabulo dedicata eſt eccleſia eū eligere quē credam futu
rum eccleſie in ſpūalibus & tēporalibus utiliorē nec illi uocem dare quē uериſimiliter ſciuero promiſſione
aut datione alicui⁹ rei tpalis ſeu ꝑce ꝑ ſe aut alium interpoſita: aut alias qualitercūqꝫ directe uel idirecte
ꝓ ſe electionē ꝓcurare. Idē iuramētū ꝑſtet cōfiteaturqꝫ & cōicet: qui cōſtituit ꝓcuratorē ad eligēdū certā
pſonā necnō & ꝓcurator generaliter ad eligēdum ꝯſtitutus in caſib⁹ in qbus ſecundū iuris cōis diſpoſitio
nē in hmōi electionis negocio ꝓcurator cōſtitui pōt. Quod etiā iuramētū ꝑſtetur ab his in quos cōtinget
ſuper electione futuri ꝑlati fieri cōpromiſſum qui etiā cōfiteri & cōicare teneantur. Quod ſi ꝓdicta nō fe
cerint eligēdi ꝓ illa uice ſint ipſo iure ptāte priuati. Deinde eligāt in ꝑfatum ꝑlatum uirū etatis legitime:
moribus grauē: lrārum ſciētia ꝓditum i ſacris ordinibus cōſtitutum: & alias idoneum ſecūdum canonicas
ſanctiones. Quod ſi aliter & de alia pſona q̄ ut ꝓdictum eſt: aut per ſymoniacā prauitatē electionē fieri
cōtigerit electio ſit ipſo iure irrita & inanis. Et ſic ſymoniace eligētes ꝑter alias penas perpetuo ſint ipſo
facto iure eligēdi priuati. Alii uero canonicis penis ſubiaceāt. Symoniace aūt electi: & qui hmōi ſymonia
ce electionis participes fuerint taliterqꝫ eligētes & cōfirmati in horrorem tāti criminis penam ipſo facto
excōicationis incurrāt: nec a tali reatu & excōicatione electi & confirmati abſolui poſſint niſi eccleſiis &
dignitatibus ad quas turpiter aſſumpti ſunt libere reſignauerint & ad eas obtinēdas q̄s nephario ingreſſu
adepti ſunt ppetuo reddanť inhabiles. Ad tollēdam aūt oēm ambitionis radicē obſecrat ꝑ uiſcera miſeri
cordie Ieſu xpi hec ſancta ſynodus ac inſtātiſſime exhortatur. Reges principes cōmunitates & alios cu
iuſcūqꝫ gradus & dignitatis exiſtāt eccleſiaſtice uel mūdane: ne electoribus litteras ſcribāt ſeu preces por
rigant pro eo qui per ſe uel aliū tales ꝓcurabit lrās ſeu preces. Multoqꝫ minus cōminationes ipeditiones
aut aliud faciēt quominus libere ad electionem ꝓcedatur. Similiter in uirtute ſancte obediētie ipſis ele
ctoribus ꝑcipitur ne ad hmōi lrās uel ꝑces cōminationes uel ipreſſiones ut premittiť quēquā eligere ꝑſu
mant. Facta autē electione & ei ad quē ius ptinet cōfirmandi ꝑſentata ſi appareat coelectus uel ſe oppo
nēs electioni: noiatim uocetur ad uidendū diſcuti electiōis negociū. Et nihilominus generaliter edictum
publicum in eccleſia in qua facta eſt electio ꝓponatur iuxta cōſtitutionē feli. recor. Bonifacii octaui. Cō
parentibus autē aliquibus uel nō nihilominus ipſe cōfirmator ex officio tanq̄ in negocio inquiſitionis pro
cedat omnē adhibiturus diligētiam ut tam forma electionis q̄ merita electi: & oēs circūſtantie debite exa
minētur & diſcutiātur. Et ſi electio cōfirmāda ſit uel infirmāda iudicialiter cōfirmetur uel infirmetur. Et ut
oia mūde & ſine labe ac labis ſuſpitōe ꝓcedāt nō ſolū exigere aliqd quātūcūqꝫ paruū: ſed etiam gratis ob
lata cōfirmator ratione cōfirmationis ſub nomine ſubiectionis ſubſidii gratitudinis aut alio colore ꝑtextu
cuiuſuis cōſuetudinis aut priuilegii per ſe uel aliū recipere nullatenus ꝑſumat. Notariis aūt & his qui ſcri
pſerunt in huiuſmodi cauſis emolumentū aliquod moderatū taxetur habēdo reſpectū ad laborē & operā
ſcripture nō ad fructuū ꝑlature ualorē. Si uero cōfirmatores ꝓdicti electiones nō ſeruatis ſuperius ordina
tis: & de perſonis nō idoneis ut ꝓmittitur factas uel alias per ſymoniacā prauitatē cōfirmauerint: eo ipſo
cōfirmatiōes huiuſmodi ſint nulle. Confirmātes autē alias pſonas q̄ ſupradictū eſt pro ea uice: per ſymo
niacā autē labem ppetuo ipſo facto iure cōfirmandi ſint priuati. Et nihilominus ꝓpter dictā ſymoniacā la
bem ſi eam cōmiſerint: etiam ſniam excōicationis incurrant eo ipſo a qua preterquā in mortis articulo ab
ſolutionis beneficium obtinere nō poſſint. Sūmum uero pontificem hec ſancta ſynodus exhortatur ut cū
ſpeculū & norma ois ſanctitatis & mūdicie eſſe debeat: pro cōfirmatōe earu electionū quas ad eū deferre
cōtigerit nihil penitus exigat aut recipiat: alioqn ſi ſecus faciēdo notorie ac incorrigibiliter ex hoc eccle
ſiā ſcādalizat futuro cōcilio deferatur. Pro oneribus autē q̄ ipſum pro regimine uniuerſalis eccleſie ſubire
oportet proqꝫ ſuſtētatiōe ſancte romane eccleſie cardinaliū & aliorum neceſſariorū officialiū: hoc ſacrum
concilium ante ſui diſſolutionē omnino debite & cōgruēter ꝓuideat. Quod ſi cōtingat aliquā circa hec ꝓ
uiſionē nō facere per hec eadē ſancta ſynodus nō intēdit in aliquo ꝑiudicare ſancte romane & uniuerſalis

eccleſie nec alteri cuicũq̃ȝ. Datum in ſeſſione publica eiuſdē ſancte ſynodi in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolēniter celebrata die lune.xiii. Iulii anno domini Milleſimoquadringenteſimotertio.

¶ Accuſatio cõtumacie pape facta per promotores ſacri concilii in.xiii. dicti concilii ſeſſione celebrata die ueneris.xi. Septēbris.

Die ueneris.xi. menſis Septēbris anno dñi Milleſimoquadringēteſimo trigeſimotertio in eccleſia maiori Baſilieñ. fuit
d celebrata tertiadecima huius ſacre ſynodi Baſilieñ. ſeſſio hoc modo: ſcȝ. miſſa de ſpiritu ſancto per reuerēdum patrē dñm Mattheum epm albiganeñ. italice nationis celebrata: Antiphonis letaniis & ſuffragiis ut in aliis ſeſſionibꝰ dictis: lectoq̃ȝ euangelio ſecũdum Mattheum. In illo tēpore reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos dixit Symoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ &c. Ac hymno ueni creator ſpũs &c. de cantato cũ uerſiculo & collecta: ſeptē dñis Cardinalibus & aliis dñis p̄latis & patribꝰ in eorũ mitris planis & pluuialibus exiſtētibus in multitudine copioſa: aſſiſtēte dño Guilhelmo duce Bauarie ſacri cõcilii noie sereniſſimi principis dñi Imperatoris ꝓtectore. Promotores ſacri cõcilii per organũ uenerabilis uiri dñi Stephani de Nouaria legũ doctoris alterius ꝓmotorũ huius ſacri cõcilii accuſarũt cõtumaciã ſanctiſſimi dñi noſtri Eugenii pape quarti ꝑut in quadã cedula quã ipſe magiſter Stephanus ꝓmotor in ſuis tenebat manibꝰ quãq̃ȝ de uerbo ad uerbũ alta & intelligibili uoce legit latius ↄtinet cuiꝰ tenor ſeq̃tur & eſt talis. Reuerēdiſſimi reuerendiq̃ȝ patres & ceteri dñi metuēdiſſimi: quia nuper de menſe Iulii ꝓxime p̄terito & die.xiii. eiuſdē: hec ſancta Baſilieñ. ſynodus in publica ſeſſione in p̄ſenti eccleſia Baſilieñ. celebrata attēte cõſiderãs ſanctiſſimũ dñm Eugeniũ papã quartũ. Exhortatiões obſecrationes req̃ſitiones citationes & monitiones p eãdē ſacram ſynodũ ſibi repetitis uicibꝰ factas: ut huic ſacroſctõ cõcilio adhereret: & eidē fauores ꝑut tenet impēderet aure ſurda pertrãſiret nec ipſum ad uota aliquatenus ꝑut tñ ipſa ſacra ſynodus ſpērabat inclinari: & q̃q̃ eo ut tunc ipſa ſacra ſynodus ꝓpter ipſius dñi Eugenii manifeſtã cõtumaciam ad hmõi cõtumacie declarationē cõtra ipſam ꝓcedere nõ imerito potuiſſet quēadmodũ etiã ꝓ tunc per ꝓmotores & ꝓcuratores dicti ſacri cõcilii Baſilieñ. licet imeritis debita fuit cũ inſtãtia poſtulatũ uolēs ſolita ſua mãſuetudine aduerſus eundē dñm Eugeniũ uti: & iterato ip̄m ex ſuperhabundãti charitatiue requirere & monere Certum decretũ monitoriũ edidit & decreuit: quo idem dñs Eugenius exoratus req̃ſitus monitus & interpellatus: ac in uirtute omnipotētis dei ſub certis penis modis & qualitatibus eidem mandatum extitit: ut infra ſexaginta dies a dicta ſeſſione habita cõputandos pure ſimpliciter & libere huic ſacroſctõ Baſilieñ. cõcilio adhereret: necnõ p̄tenſam diſſolutionē eiuſdē ſacri cõcilii per ipſum alias attēptatam reuocaret & alia in hmõi decreto ↄtenta cum effectu adimpleret. Alioquin penas in hmõi decreto cõtentas ipſo facto incurreret: prout hec in dicto decreto latius cõtinenẽ. Ad quod nos ꝓmotores p̄dicti nos referimus in hac parte: & hic pro repetitis cum aliis omnibus actis ſacri cõcilii ad cãm faciētes hēri uolumus & repetimus. Cum antē finis p̄fatorũ ſexaginta dierũ inſtet de p̄ſenti: & nec ipſe dñs Eugenius ꝑ ſe neq̃ȝ per aliũ hanc ſacram ſynodũ de hmõi ſua adheſione pura ſimplici & libera ac reuocatione dicte pretenſe diſſolutionis aliorũq̃ȝ in dicto decreto contentorum adimpletione aliquatenꝰ certificauerit: nec de p̄ſenti certificet. Sed eidem decreto & cõtentis in eo cõtumaciter ſatiſfacere contēnat in nõ modicũ uniuerſalis eccleſie damnũ xp̄ifideliũ ſcandalũ atq̃ȝ huius ſacri cõcilii Baſilieñ. uniuerſalē eccl'iam rep̄ñtantis cõtemptũ. Iccirco nos ꝓmotores & ꝓcuratores ãndicti ex officio nobis incũbēti corã hac ſacroſctã ſynodo debita cum inſtãtia humiliter req̃rimꝰ: quatenus eundē dñm Eugeniũ ↄtumacē ꝑut eſt declarare: ip̄mq̃ȝ penas in decreto contentas incidiſſe decernere: ac ipſius cõtumacia exigēte ad ulteriora ꝑut ſpũs ſanctus dabit & ordo iuris & rõnis exigit ꝓcedere dignareẽ ſup hmõi requiſitione & cõtumacie accuſatiõe: & aliis requirentes per uos dños notarios fieri publica inſtrumēta. Predictis aũt ut premittitur factis: & cõtumacia accuſata Illuſtris princeps dñs dux Guilhelmus ꝑ organũ uenerabilis fratris Petri ordinis canonicorũ regulariũ nomie & ex parte sereniſſimi dñi Imperatoris: & ſuorum: & dñs Iohannes offenburg nuncius prefati domini Imperatoris repetierunt illa que alias uidelicet die lune proxime preterita dixerũt & ꝓmiſerũt in ↄgregatõe generali pro dilatione ꝓrogatione triginta dierũ cõſequenda eadē. Iterum dicentes repetētes & promittētes Similiter magiſter ciuium: & nõnulli alii nomine concilii & ciuitatis Baſilieñ. pro hmõi dilatiõe inſtiterũt. Et quod amplius pro ulteriori dilatiõe nunq̃ facerēt inſtantiã ſunt ꝓteſtati: de q̃bus petita ſunt per ꝓmotores inſtr̃a publica. Poſt hec cõtumacia dicti dñi noſtri pape in ſcriptis: ut prefertur accuſata deducta ad noticiã dñorum p̄tenſorũ archiep̄i Spalateñ. & ep̄i Cerui eñ. ambaſiatorũ eiuſdē dñi nr̃i pape: mox ipſi ad dictam ↄgregationē acceſſerũt & lecturã decretorum quã reuerēdus pater dñs Martinus ep̄s Lectoreñ. Gallicane nationis de mandato ſacri cõcilii iam inceperat interruperunt. Quiq̃ȝ quedam uerba intermiſcentes duas bullas clauſas ſub bulla dicti dñi noſtri pape Eugenii credētiã in effectu cõtinētes exhibuerũt & obtulerũt: q̃bus apertis & deinde lectis ut moris eſt: p̄fati dñi archiepiſcopi Spalateñ. & epiſcopus Cerui eñ. propoſuerũt in effectu: q̃ ipſi ad illud ſacrũ cõciliũ turbationis cauſa nullo modo accedebãt: ſed

ſolū ex eo:quia ipſis relatū erat p aliquē ex ſuis cōmenſalibus: ꝙ in dicta gn̄ali ſeſſione ipſius dn̄i noſtri pape cōtumacia fuerat accuſata:ac ſi cōtra prefatū dn̄m nr̄um papā ꝓcederet uel ꝓcedi peteret̄.Et qm̄ ut aſſerebāt ipſi ambaſiatores terminus citatiōis decreti cōcilii qui ſexaginta dierū dicebāt hac die hodierna nō cadebat:nec iuxta illum ꝑfixum terminū citatōis dn̄s noſter papa ꝑfatꝰ eadē die p ſe uel aliū cōparere tenebat̄.Ideo ſolū pro ſui informatōe:& ne cōtra ꝑfatū dn̄m nr̄um papā quoquō ſaltim debite ꝓcederet̄: illuc acceſſerūt prout accedebāt ꝓteſtantes de hmōi termino & nullitate ꝓceſſus an̄dicti petentes de his a nobis notariis inſtr̄m.Quibꝰ auditis reuerēdiſſimꝰ In xp̄o pater dn̄s cardinalis ſancti angeli legatus: & huiꝰ ſacri concilii gn̄alis preſidens uerbis ſupradictorū archiep̄i Spalaten̄.& Ceruien̄.in effectu reſumēs eiſdem noie ſacri cōcilii effectualiter rn̄dit qualiter ſacrū cōciliū ꝓpoſita per ꝑfatū archiep̄m Spalaten̄.& ep̄m Ceruien̄.benigne & cū manſuetudine audiuit:ſed quia aſſerebāt ſe audiuiſſe ſacrū ꝯciliū cōtra ꝑfatū dn̄m nr̄um ꝓcedere ideo dixit ſe male informatos fuiſſe.Sed bene uerum erat ꝙ hodie terminus ſexaginta dierum alias per decretū ſacri concilii prefato dn̄o nr̄o pape ꝑfixus de adherendo prefato cōcilio pure & ſimpliciter ꝑtenſamq3 diſſolutionē dicti concilii reuocādo hodie inſtabat.Iccirco ꝓmotores ſacri concilii uolētes termino ꝑdicto ſatiſfacere ipſius dn̄i noſtri pape cōtumaciā accuſauerūt petēdo & requirēdo cū nullus pro dn̄o papa adeſſet uolens decreto monitorio ꝑdicto ipſius dn̄i nr̄i pape nomine ſatiſfacere: quatenus eum ꝯtumacē:& in penas in decreto contentas incidiſſe declararēt ꝓcederētq3 ad ulteriora prout daret ſpiritus ſanctus & dictaret ordo rationis.Quapropter petiit ipſe dn̄s cardinalis legatus & preſidens nomine ſacri concilii:quatenus ſi dictam adheſionem ipſius dn̄i nr̄i pape haberent: ipſeq3 dn̄s papa prefato concilii decreto ſatiſfeciſſet:aut ipſi eius nomine debite ſatiſfacere uellent de premiſſis adheſione & ſatiſfactione fidē facerēt cum effectu.Nam ſic faciēdo dn̄i & patres de cōcilio illam adheſionē cū magno gaudio decantādo Te deū laudamus ſuſciperēt.Alioquin uenerabiles patres ipſius ſacri concilii citiꝰ mortem eligerent quā eccleſiam dei ꝑtextu talis diſſolutionis periclitari ꝑmitterent:addiciens ꝙ bene uerum erat ꝙ ad sereniſſimi principis dn̄i Imperatoris ſupplicationē & inſtantiā ſacrū conciliū prefatū ſexaginta dierum terminū dn̄o pape prefixum uſq3 ad triginta dies ab hac die cōputandos ꝓrogandum duxerat & ꝓrogare intendebat ſub modis & formis in decreto primo cōtentis.Et nihilominus quia dicte bulle ſimplicem credentiam ꝯtinebant dixit idem dn̄s legatus:ꝙ ſi aliquid exponere uolebant ꝙ libenter a patribus concilii audirent̄.De quibus ipſe reuerēndiſſimus pater dn̄s cardinalis lagatus & preſidēs nomine ſacri concilii petiit a nobis notariis inſtr̄m hoc idem nomine ſacri concilii petierunt promotores.Poſtq3 ꝑfatꝰ magiſter [S]tephanꝰ alter ex promotoribus reſpondēs hiis q̄ prius dixerāt dicti oratores pape dixit ꝙ quātū ad ipſum & alios ꝓmotores ſatis erat ꝙ tunc cōtumaciā pape accuſarēt & alia facerent & peterent ut in ſua cedula ſupraſcripta cōtinet̄.Et ꝙ ꝑdicta facerē poterant de iure:ꝙ tunc expirabat terminus cum tempus deberet de momēto ad momētū cōputari: Et ſi ulterius expectarēt nō haberēt dn̄os ꝯgregatos coram quibus facerent ea que eſſent neceſſaria facienda pro ꝑmiſſis. Et quātū ad ipſos ꝓmotores pertinebat officiū eorū erat ita facere.Deliberatio uero ad ipſam Synodū pertinebat petens de hiis oibꝰ publica inſtr̄a.Tandē cū non conſtaret de adheſione predicta uel alias ſatiſfactiōe efficaci ipſius dn̄i Eugenii ipſiſq3 archiep̄o Spalaten̄.& ceruien̄.ep̄o per illuſtriſſimū dn̄m vvilhelmū ducē Bauarie ſacri cōcilii nomine dicti imꝑatoris ꝓtectorē:& uices gerentē p organū diſcreti uiri fratris petri ordinis canonicorū regularium ſancti Auguſtini gratioſe req̄ſitis ut ſi adheſionē hmōi hērent illam ſacro cōcilio offerrēt & ob hoc totius mundus letaret̄.Alioquin ſacrum conciliū in ſuis agendis nullo modo ꝑturbarent & ad ulteriorem dictorū decretorū ꝓnunciationē & publicationē procedere ꝑmitterent.Et tn̄ cū neq3 ad requiſitionē ꝑfati dn̄i legati:neq3 ad requiſitionē ipſius dn̄i ducis:ꝑfati ambaſiatores pape aliquā adheſionē offerrent ſiue aliquā credentiā exponere uellent placuit dictis dn̄is ambaſiatoribus ipſius dn̄i noſtri pape dicti decreti ꝓrogatio:Quibuſquidē ſic pactis:& dictis ambaſiatoribꝰ a loco ſeſſionis recedētibus & ſe abſentātibus ꝑfatus reuerēdus pater dn̄s ep̄us lectoren̄.de mandato ſacri concilii publice alta & intelligibili uoce loco ad hoc deputato hmōi decreto de uerbo ad uerbū legit & pronunciauit ſub his uerbis.

Sacroſancta generalis Synodꝰ Baſilien̄. in ſp̄uſc̄tō legitime cōgregata uniuerſalē eccl̄iam rep̄n̄tās:ad ꝑpetuā rei memoriā.Dudū ſiqdē hec ſancta Synodus uolēs ꝑiculis & grauiſſimis ſcādalis q̄ ex ꝑtenſa huiꝰ ſacri cōcilii diſſolutiōe p dn̄m Eugenium papā quartū facta uniuerſali eccl̄ie notorie imminebāt ſalubriter ꝓuidere:poſtq̄ reiterate exhortationes ac req̄ſitōes Synodi ꝑfati & multorū principū ac dn̄orū ſp̄aliter chariſſimi eccl̄ie filii Sigiſmūdi romani Imꝑatoris illuſtris & eiuſdē eccleſie filii aduocati ut dictā diſſolutionē reuocaret : & purā ac ſimplicem adheſionem ꝑfate Synodo faceret minime profuerunt tandē iuſtitie zelo cōpulſa & ne morbus hmōi in exitiū & ſcandalū intolerabile militantis eccleſie perduraret die decimatertia menſis Iunii ꝓxime ꝑteriti in ſolēni ſeſſione decretum monitoriū ſub certis penis & aliis in eo contentis aduerſum dictum dominum Eugeniū papā decreuit : cuius tenor de uerbo ad uerbū ſubiicit̄ & eſt talis. Sacroſancta catholica eccl̄ia in ſacro conſtantien̄.concilio &c.ut ſupra eſt totaliter ſcriptum.Cum aūt die termini adueniente ſolenniter

in maiori eccleſia Baſilieñ.publicã tenẽtes ſeſſionẽ ſederemus ſeruatis ſeruandis: Vt ſi ipſe dominꝰ Euge
nius aut alius pro parte eiuſdẽ cõparere:& ſacrũ cõciliũ de paritõe cõtentorũ in decreto ꝓdicto certificare
uellet facultatẽ haberet dilecti eccleſie filii Hugo barardi de Vercellis & Stephanus de Nouaria legũ do
ctor huius ſacri concilii ꝓmotores ꝓfati dñi Eugenii pape cõtumaciã nec per ſe nec per aliũ de adheſiõe
ſua pura & ſimplici necnõ de paritiõe oium & ſingulorũ cõtẽtorũ i dicto decreto ꝗ facere tenebaẽ accuſa
uerũt:& cũ inſtãtia poſtulauerũt ut ad ulteriora aduerſuꝫ eũ ꝓut exigeret iuſtitia ꝓcederemꝰ: cũ aũt circa
ꝓceſſum hmõi intẽderemꝰ Dilecti eccleſie filii Vvilhelmꝰ Bauarie dux huiꝰ ſacri ꝯcilii ꝓtector:& Iohã
nes offenburg miles & ciuis Baſilieñ.litteras credẽtiales in eorum pſonis ꝓ parte dicti chariſſimi eccleſie
filii Sigiſmũdi romani impatoris huic ſacre ſynodo directas alias in ſacro generali cõgregatiõe exhibitas
& in uim eorũ explicata repetierũt.Quorũ expoſitorũ tenor in effectu talis exitit. Reuerẽdiſſimi in xp̄o
patres & domini Mandat nobis illuſtriſſimus & inuictiſſimus romanorũ imperator ut ſolitas recõmenda
tiones & oblatões ſacratiſſimo huic cetui exhibeamus ſui parte:necnõ perſeuerãtiam animi ſui circa ad
heſionem cõtinuo eidem cõcilio faciendã nunciemus:Quodqꝫ licet notiſſimum ſit ſuam ſerenitatẽ uariis
nũciis & oratoribꝰ: ac litteris continuo dictum dñm Eugeniũ papã ſuper adheſione plenaria ſacri concilii
ſollicitaſſe & excitaſſe(Etiã ſe ad ipm pſonaliter tranſ erẽdo non ſine maximis periculis incõmodis & ex
penſis:Tamẽ poſt habitã noticiã per lras ſibi pſentatas ſacri cõcilii de decreto moniterio cũ ſuſpenſionis
pena contra ipm eum ſummã feciſſe diligẽtiam rome dum ibi fuit ut ad parendũ iniũctis per ſacrũ ꝯciliũ
inclinaret ſignificaremus:Et cũ ſperaret in ea re ſe poſſe ꝓficere: Cumqꝫ ut aſſerit immemores exiſtere nõ
debetis de hiis que in ſacro conſtantieñ.concilio fecit ꝓ unione eccleſie & de periculis & incõmodis que
ſubiuit:& que ẽt paſſus extitit:patiturqꝫ pro iſto ſpem nõ mediocrem eũ in ueſtra beneficia recipere debe
tis merito exiſtimare.Nam exploratiſſimi ſunt cõmeatus per ipm facti ad catheloniã & gallias angliãqꝫ
pro dicta ſanctiſſima eccleſie unione:& nouiſſime ad Italiã ꝓ iſtius ſacratiſſime Synodi felici progreſſu.
Vñ hac fiducia fretus nobis iniunxit ut cum maxima inſtantia pro eiuſdem parte eaſdem ueſtras reueren
diſſimas dñationes rogaremus & deprecaremur ut terminum alias ſexaginta dierum dño Eugenio pape
prefixum in ꝓxima ꝓcedenti ſeſſione per triginta dies in eiſdem modis: & qualitatibus prout eſt proro
gare ob ſuam contemplationẽ & ſingularem cõplacentiã dignaremini: Quodqꝫ ſacrum cõcilium certifica
remus ꝙ decetero nullã aliã circa ꝓceſſum ipſius pape peteret dilationẽ:ſed libere permitteret per ſacrũ
ꝯcilium ꝓcedi ꝓut dictauerit & ordinauerit faciendum:Et cunctis per ſacrũ ꝯciliũ ordinatis & ordinãdis
acquieſcet & obtẽperabit:& quãtum poterit inuiolabiliter faciet obſeruari.Et ut in maiori robore hec ſan
cta Synodus pſeueret dicamus ſuã exiſtere intentionẽ infra iſtos triginta dies quos petimꝰ ubi hmõi pro
rogatio cõcedatur dictam ſuam ſerenitatẽ huc ꝓfecturam:Statimqꝫ habita noticia ꝓrogatiõis eiuſdẽ oẽs
Alemanie principes cõuocaturã ad hũc locũ:& cũ eis efficaciter inſiſtere:ut eidẽ cõcilio debeãt adherere.
Et inſuper ne hmõi dilatio ſacro cõcilio uel eius ſuppoſitis uel ipſorũ familiaribꝰ poſſit eſſe dãnoſa cõtẽta
tur idem impator:ꝙ durãte hmõi triginta dierũ ꝓrogatione:ſi quid papa attẽptauerit ꝯtra aliquẽ dictorũ
e : nũc illud & alia que antea attẽptauerit per ſacrũ cõciliũ irritenẽ & annullenẽ.Cũ autẽ inter nr̃a pectora
reuolueremus eiuſdẽ Sigiſmũdi romãi impatoris grandia obſeqa uniuerſali eccleſie impẽſa:& que in futu
rum impendi nõ dubitamus:Quãquã hmõi dilatio nõnullis ex multis cauſis uniuerſali eccleſie onerosa ui
deatur:tamen dictorũ obſequiorũ intuitu:ac etiam a certo tenentes que per dictos Vvilhelmum ducem
illuſtrem:& Iohannem offenburg militem pro dicti imperatoris parte expoſita & oblata fuere ſyncere ſer
uabuntur petitioni huiuſmodi annuendum decreuimus . Spiritusſancti ergo nomine inuocato cuius nutu
dirigitur in agendis Hec ſacra Synodus:& per cuius gratiam ſperat omnia feliciter producere ad opta
tum dictum terminum ſexaginta dierum : alias dicto domino Eugenio pape quarto in proxima ſeſſione
ut premittitur ſolenni precedenti aſſignatum ad certificandum ſacrum concilium de ſua pura & ſimplici
& libera adheſione:Et dicte pretenſe diſſolutionis concilii reuocatione:& aliis que in dicto decreto con
tinẽtur cum omnibus qualitatibus penis ac modis quibuſuis aliis dependentibus ab eiſdem in eo inſertis
ad triginta dies proxime futuros Hec ſancta Synodus prorogat:& hunc terminum prorogatum eandem
uim executionis:& modum quẽ habebat terminus ſexaginta dierum recipere decernit ordinat & decla
rat:ac exnunc ſtatuens & decernens ꝙ ſi infra hoc ſpacium triginta dierum plenarie Idem dominus Euge
nius non impleuerit omnia & ſingula in preſato decreto monitorio contenta ut premittitur abſqꝫ alia de
claratione facienda ſuper dicta non paritione:& alia quacunqꝫ ſolennitate requiſita ad ulteriora proce
det ut in dicto monitorio decreto continetur.Et proinde omnibus ſuper preſata ſuſpenſione quam durare
uult quouſqꝫ aliter per concilium fuerit ordinatum : Et aliis in huiuſmodi proceſſibus contentis litteras
opportunas ſub bulla ſacri concilii poſtulantibus per dilectos eccleſie filios Iulianum ſancti angeli ſan
cte romane eccleſie dyaconum cardinalem apoſtolice ſedis legatũ:& huius ſacri concilii necnõ & alios ſa
crarũ deputationũ pſidẽtes uel duos ex eis eſſe tradẽdos decernẽtes ꝙ decreto nulla alia dilatio ad cuiuſ
cũqꝫ inſtantiã cõcedaẽ. Datum in ſeſſiõe publica eiuſdẽ ſcẽ ſynodi in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolenniter

celebrata tertio Idus Septembris. Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio.

¶Aliud decretum pro tuitione ſuppoſitorum.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpirituſancto legittime cõgregata uni
uerſalem eccleſiam repreſentãs: ad perpetuam rei memoriã.
Vt ſacri cõcilii & ſuppoſitorum eiuſdẽ indẽnitati cõgrue ꝓuideatur ſtatuit & decernit hec ſancta ſynodus
ꝙ quecũqꝫ per dñm Eugeniũ papã quartũ uel aliũ ſua auctoritate in ꝑiudiciũ leſionẽ derogationẽ ſeu in
iuriã ſacri cõcilii uel incorporatorũ ſeu incorporãdorũ eidẽ ꝑ ſe uel ꝓcuratorẽ & familiarium ipſorum ſeu
in eorũ ſeruitiis ubicũqꝫ exiſtẽtium facta ſeu diſpoſita fuerint a die incohationis concilii prelibati fientqꝫ
& diſponentur forſitã in futurũ titulũ uel poſſeſſionẽ quoſcũqꝫ tangẽtia ſiue in cardinalat? patriarchatus
dignitatib? aut in ꝑlaturis: etiã cathedraliũ & metropolitanarũ eccleſiarũ: & etiã monaſteriorum: uel aliis
eccleſiaſticis beneficiis ꝑſtimoniis cõmendis unionib? penſionibus officiis & rebus eccleſiaſticis uel tẽpo
ralibus & circa ipſa aut alias quõcũqꝫ & qualitercũqꝫ ẽt ſi motu ꝓprio directe uel idirecte per ſe uel aliũ
ſint ipſo iure irrita & inania & ꝓ infectis penitus habeant. Et ex nũc hec ſancta ſynodus partes leſas in
priſtinum ſtatũ integre reponit: & mãdat ꝑ quẽlibet iudicem cõpetentem audita querela partis leſe & pro
bata incorporatione & nouitate predictis ipſo facto omni exceptione remota ſtrepitu & figura iudicii ceſ
ſantibus oia reponi in eũ ſtatũ in quo fuerant ante dictã factã nouitatẽ. Quod ſi dictus iudex in tali repo
ſitione doloſe uel alias ſe ꝑperam habuerit: ipſo facto ſniam excõicationis incurrat a qua niſi per ſacrum
cõcilium eo durãte nõ ualeat abſolutionis bñficium niſi in mortis articulo obtinere. Et ut pene formidine
arceant: qui ambitioſe ſeu temere aliorũ ꝑlaturas dignitates & eccleſiaſtica beneficia & uniones cõmẽdas
ꝑſtimonia uel penſiones ſeu officia necnõ bona & iura qualiacũqꝫ fuerint occupare ꝓcurauerũt & attem
ptauerunt ſeu in futurũ ꝓcurabunt & attemptabunt ſtatuit & decernit dicta ſancta ſynodus ꝙ quicunqꝫ
clericus ſiue lay? quacũqꝫ dignitate eccleſiaſtica uel mundana: etiã ſi cardinalatus prefulgeat ſiue ſit col
legiũ aut uniuerſitas uel monaſteriũ ab eodẽ dño Eugenio ſeu alia ſua auctoritate ipetrauerit uel obtinue
rit ſeu ipetrabit & obtinebit: etiam ſi motu ꝓprio aliquid quod in ꝑiudicium leſionẽ derogationẽ ſeu iniu
riam alicuius ex predictis incorporatis uel incorporãdis aut ſuorũ familiarium: & i eorũ ſeruitiis ubicũqꝫ
exiſtẽtium uel adherẽtium huic ſacro cõcilio ꝑ ſe uel ꝓcuratorẽ ualeat redũdare ſi uirtute hmõi cõceſſio
nis ad aliquã occupationem deuẽtum ſit niſi infra decem dies elapſis ſexaginta diebus a die publicationis
decreti huiuſmodi uel poſtquã ipſius ueram & indubitatam noticiam habuerit: & per partem fuerit requi
ſitus a tali occupatione & turbatione realiter & pure deſtiterit: & ſiue occupatio ſecuta fuerit ſiue nõ ꝑfa
te cõceſſioni & oĩbus ſecutis ex ea corã notariis & teſtibus renũciauerit & rem dimiſerit cũ effectu: & ꝑti
leſe de ꝑceptis poſt cõceſſionem hmõi ſatiſfecerit oĩ iure qđ in dictis prelaturis dignitatibus beneficiis ec
cleſiaſticis officiis penſionibus unionibus ꝑſtimoniis & cõmendis bonis tꝑalibus & iuribus ſeu eorũ alte
ro habere ꝑtenderit ſit priuatus ac ẽt aliis officiis & bñficiis qbuſcũqꝫ que tꝑe hmõi impetrationis obti
nebat: & eoipſo ſniam excõicationis incurrat: a qua niſi ꝑ dictũ ſacrũ cõciliũ eo durante uel eius auctorita
te niſi in mortis articulo abſolui nequeat quoquomodo. Et nihilominus ad obtinenda ꝑdicta & quecũqꝫ
alia bñficia ſeu officia ꝑpetuo ſit inhabilis. Taliũ ẽt cõceſſionũ executores ꝑdictis penis uolumus ſubia
cere. Vt aũt fraudibus q̃ excogitari poſſent obuiet: quia cũ datarũ anticipationibus in ꝑiudiciũ aliorũ litte
re papales: uel aliorũ ipſius pape auctoritate ſub data ante diſſolutionẽ huius ſacri cõcilii in ꝑiudiciuꝫ ali
cuius ꝑdictorum tendentes ꝓduci poſſent niſi ante dictã cõcilii diſſolutionem fuerint publicate eis nulla
fides debet adhiberi & pro nullis penitus habeant. Datum in ſeſſione publica eiuſdẽ ſancte Synodi in ec
cleſia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebrata tertio idus ſeptẽbris Anno a natiuitate dñi Milleſimoquadringẽ
teſimotrigeſimotertio. Quibus ſic lectis & pronunciatis petitoqꝫ ꝑ eundem dominum epiſcopum an hu
iuſmodi decreta prefatis dñis patribus de concilio placerẽt generaliter rñſum extitit per uerbũ placet: ne
mine ſe ad hoc opponẽte uel acclamãte. Tũc prefati magiſter Stephanus & alii promotores ſacri cõcilii
de premiſſis oĩbus & ſingulis mõ quo ſupratacta & facta ſunt a reuerẽdis patribus dñis ſctẽ ſedis apoſto
lice ꝓthonotariis & nobis notariis: & aliis in ſeſſione pñtibus ad ꝑpetuã rei memoriã petierunt inſtrm aſſi
ſtentes in teſtimoniũ ꝑmiſſorũ inuocãdo. Poſtremo uero ꝑfatus dñs dux ꝓtector noie dicti dñi imperato
ria atqꝫ ſuo de ꝑfata termini ꝓrogatione mõ quo ꝑ decretũ factũ eſt dñis de ſacro cõcilio regratiatus eſt:
& ſimiliter magiſter ciuiũ & nõnulli alii noie ꝯcilii: & ciuitatis Baſilieñ. aſſerens & affirmans idẽ dñs dux
ꝙ de oĩbus que in ipſis decretis modo lectis cõtinerentur cõtentiſſimus erat: Et ꝙ ex hmõi dilatione no
uiter data fecerat ſacrũ conciliũ maximã cõplacẽtiam dño noſtro imꝑatori: De quibus ẽt prefati magiſtri
Stephanus & alii ꝓmotores ſimiliter petierunt a nobis notariis publica inſtra. Subſequẽter uero his per
actis inſtãte ſupradicto magiſtro Stephano de Nouaria promotore: Alexander prefati dñi cardinalis le
gati & preſidentis: ac ſacri concilii curſor hmõi decreta tam pro ꝓrogatione termini q̃ etiam pro tuitione
ſuppoſitorũ eiuſdẽ ſacri concilii: ſub Bulla dicti ſacri cõcilii cõfecta i ualuis maioris eccleſie Baſilieñ. cun
ctis intuentibus more ſolito affixit: Et per ſpacium unius hore uel circa affixam dimiſit: De quibus ipſe

magiſter Stephanus nomine promotorio a nobis notariis petiit inſtrumētum.

¶Decreta quartadecime ſeſſionis celebrata in eccleſia maiori Baſilienſi aſſiſtente domino Imperatori in habitu imperiali die ſabbati ſeptima Nouēbris.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpūſancto legittime ꝯgregata uniuerſalē eccleſiā repſentans terminum
8 ſexaginta dierū datū ſanctiſſimo dño Eugenio pape quarto iuxta formā monitorii citationis & ſuſpēſionis i ſeſſione duodecima ꝓmulgati: ac deinde ad triginta dies & poſtea pluribus uicib⁹ uſq; in pſentē diē ꝓrogatum Hec ſancta Synodus uolēs erga ipm dñm Eugeniū oī māſuetudine & benignitate uti tenore pſentiū ad nonaginta dies ab hac die imediate ſequēte cū oibus clauſulis qualitatib⁹ & cōditionibus i decretis tam monitorii ſexaginta dierū q̄ ꝓrogatiōis ad triginta dies inſertis ꝓrogat: & ꝓrogatū eē ſtatuit. Ita tñ ꝙ ſi infra pdictos nonaginta dies oia & ſingula cōtenta in quadā cedula cui⁹ tenor iferius deſcribit̃ realiter & cum effectu pfatus dñs Eugenius nō adimpleuerit pene in dictis decretis monitorii: & ꝓrogationis cōtente eoipſo inflicte ſint & eſſe intelligant̃.

¶Tenor cedule de qua ſupra fit mentio.

Eugenius epſ ſeruus ſeruorum dei: Ad perpetuam rei memoriam: ut mētis noſtre integritas ac deuotio quā ad uniuerſalē eccleſiam: & ſacrum generale cōcilium Baſilieñ. gerimus omnibus cōſtet euidenter. Ideo tres noſtras litteras quarū tenor de uerbo ad uerbū inferius deſcribitur: & alias quaſcūq;: ac quicquid per nos aut noſtro noīe in piudicium aut derogationē pdicti ſacri Baſilieñ. cōcilii ſeu cōtra eius auctoritatē factū & attēptatum ſeu aſſertū eſt caſſamus reuocamus irritamus & annullamus caſſas nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. uel ſic. Pridem tres noſtras lras in palatio apoſtolico promulgari fecimus quarum tenor de uerbo ad uerbū ſequitur & eſt talis. Verum cum ex pdictis lris nōnulla ſcandala orta ſint & oriri poſſint Ideo ipſas & alias quaſcunq; ac quicqd p nos aut noſtro noīe in piudiciū aut derogationē pfati ſacri Baſilieñ. concilii ſeu cōtra eius auctoritatē factum & attemptatū ſeu aſſertū eſt caſſamus reuocamus irritamus & annullam⁹ caſſas nullas & irritas fuiſſe & eē declaram⁹. uel ſic in fine lre adheſionis. Quapropter tres noſtras litteras pridem in palatio apoſtolico promulgatas quarum tenor de uerbo ad uerbum inferius deſcribitur: & alias quaſcūq;: & quicquid per nos aut noſtro noīe in piudicium aut derogationē pdicti ſacri concilii Baſilieñ. ſeu cōtra eius auctoritatē factum & attēptatū ſeu aſſertum eſt caſſamus reuocamus irritamus & annullamus caſſas nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Poterit prefatus dñs Eugenius eligere unā de pdictis formis que ſibi magis placuerit.

¶Forma adheſionis.

Eugenius Epſ ſeruus ſeruorum dei: ad perpetuam rei memoriam. Dudum ſacrum generale cōcilium Baſilieñ. per generalium cōſtañ. & Seneñ. conciliorū ſtatuta approbationeq; felicis recordationis Martini pape quinti: ac noſtrā ꝓ hereſum extirpatiōe pace populi chriſtiani: ac generali reformatione eccleſie i capite & i mēbris: & pertinētibus ad ea legittie incohatū ex certis cauſis i aliis noſtris litteris expſſis de fratrū noſtrorū ſancte romane eccleſie cardinaliū cōſilio diſſoluimus. Verū cū ex dicta diſſolutione orte ſint graues diſſenſiones & grauiores oriri poſſent: nihilq; magis optemus q̄ ꝙ pdicta ſctā opera debitū ſortiant̃ effectum decernimus & declaramus pfatum generale concilium Baſilieñ. a tēpore pdicte incohatiōis ſue legittime cōtinuatū fuiſſe & eſſe: ꝓſecutiōemq; ſemper habuiſſe cōtinuari: ac ꝓſecutionē habere debere ad pdicta & pertinētia ad ea pinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quin imo prefatam diſſolutionē irritam & inanem declarātes Ipſum ſacrū Baſilieñ. cōciliū pure ſimpliciter & cū effectu ac omni deuotiōe & fauore ꝓſequimur & ꝓſequi intendim⁹. Itē pfatus dñs Eugenius reuocabit quoſcūq; proceſſus quarūcūq; cenſurarū priuationū & ſuſpenſionū factos cōtra ſuppoſita huius ſacri cōcilii Baſilieñ. & adherētes eidē: necnō oia geſta & facta in piudiciū leſionē & derogationē eorūdē eis non legittime citatis: nec legittime defenſis: de quibuſcūq; dignitatib⁹ bñficiis cōmendis & officiis. Etiā ſi cardinalatus patriarchatus archiepatus epatus abbatie &c. exiſtāt iurib⁹ & bonis quibuſcūq;: Et ſpecialiter ꝯtra reuerēdiſſimos dños Cardinales de Cypro ſancti Sixti & firmanū: ac oia in priſtinū ſtatū per ſuas litteras reducet: ac ſi nō emanaſſent cū clauſulis opportunis Mandādo ſub penis formidalibus oibus q ſe de dictis dignitatibus bñficiis cōmēdis officiis iurib⁹ & bonis intromiſiſſent uel rōne dictarū priuationū ſeu ſuarū ordinationū quarūcunq; ſe uellēt intromittere: ut ab ipſa intromiſſiōe & omni moleſtia penitus deſiſtāt. Vtrū aūt fuerit legittima [illegible]tatio & defenſio ſtabit̃ iudicio ipſius ſacri cōcilii: Quodq; deinceps a nouitatibus & grauaminib⁹ ſeu piudiciis inferēdis ipſi ſacro ꝯcilio uel ſuppoſitis eius & adherētibus eidē realiter & cū effectu deſiſtet ut ſit uera charitas inter ſacrū cōciliū & ſuā ſanctitatē ad dei honorē & utilitatē uniuerſalis eccleſie & ſine aliquo rancore aut ſuſpitiōe cōſiſtere ualeat. Et ut ipſe dñs Eugenius poſſit cōgnoſcere purā ac rectam ſacri concilii intentionē: ac ueram charitatē quā erga ipſum habet & habere in futurum intendit oblationem alias factam in rñſione data primis ambaſiatoribus ipſius dñi Eugenii que

incipit Cogitanti &c. Iterum hec ſancta ſynodus ēt alia addendo repetit in hūc modum. Ecce ſi qd culpe cōmiſſum eſt attēptando diſſolutionē aut in cōfectione & publicatione trium bullarū in reuocatione per ipm dñm Eugenium fienda cōtentarū ſacrū ꝯcilium penitus abolet dūmodo ipſe dñs Eugenius oīa & ſingula ſupius ꝯtenta realiter & cū effectu adimpleuerit: & infra terminū in pſenti decreto noſtre ꝓrogatiōis ſtatutū huic ſacro cōcilio per ſuas autēticas lraſ ſignificauerit. Quod ſi fecerit nemo noſtrū erit qui pedes eius ut beati Petri nō oſculet: qui ut uicariū xpi nō honoret. Erit cōcilii caput: oēs ad eum reſpicient: oēs ei cōplacere obſequi & q̄tum cū deo poterunt deſeruire curabunt. Offerimus ēt quicquid dici aut cogitari poteſt: nos fideliſſime facturos quātū cum deo fieri poterit ꝓ omni honore & ſtatu tam ſue ſanctitatis q̄ omniū ſuorū. Datū in ſeſſione publica eiuſdē ſancte ſynodi in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolēniter celebrata vii. Idus Nouēbris. Anno a natiuitate dñi. Milleſimoquadringēteſimotrigeſimotertio.

Seſſio quintadecima de cōciliis prouincialibus & ſynodalibus.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. i ſpiritu ſancto legittime cōgregata uniuerſalem eccleſiā repſentans. Ad futurā rei memoriā. Pridē hec ſancta Synodus quoddā ſaluberrimū ꝓmulgauit decretum pro ſtabilitate & robore generalium cōciliorū: quorū frequens celebratio pcipua eſt agri dñici cultura. Verū cum ad eādem culturam nō dubium ſit ptinere Epiſcopales ſynodos & cōcilia ꝓuincialia ꝓut ueteres canones decreuerūt frequētari: ideo eadē ſancta ſynodus antiquos & laudabiles mores noſtris cupiens tēporibus obſeruari ſtatuit atqꝫ pcipit ſynodum Epalē in qualibet dyoceſi poſt octauas dñice reſurrectionis uel alia die ſecūdum cōſuetudinē dyoceſum ad minus ſemel in anno ubi nō eſt cōſuetudo bis annuatim celebrari per dyoceſanū ꝓpria in pſona: niſi canonico impedimēto fuerit ppeditus: & tunc per uicarium idoneū. Que ſynodꝰ ſaltem triduo uel biduo duret: uel ꝓut neceſſariū epo uiſum fuerit. ¶ Prima autē die cōuenientibus dyoceſano & oībus aliis qui in hmōi ſynodis intereſſe tenentur infra miſſarū ſolēnia uel poſt dyoceſanus uel alius eius noīe uerbū dei ꝓponat exhortādo oēs ad bonos mores ſectandū: abſtinēdū a uitiis: & ad ea que ptinēt ad eccleſiaſticā diſciplinā & officia ſingulorū. Preſertim ut hi quibꝰ aīarum cura cōmiſſa eſt diebus dñicis & aliis ſolēnibus plebem ſubiectam doctrinis ac monitis ſalutaribus inſtruant. Poſtea legantur ſtatuta prouincialia & ſynodalia: & inter alia aliquis cōpendioſus tractatus docens quō ſacramenta miniſtrari debeant: & alia utilia ꝓ inſtructione ſacerdotū. Deinde ipſe dyoceſanus de uita & moribus ſubditorū ſolerter ingrat labem ſymoniace prauitatis: cōtractus uſurarios: cōcubinatum: fornicationē & alia queuis crimina & exceſſus debita correctione cohibeat. Alienationes rerū eccleſiaſticarū a iure ꝓhibitas reuocet. Clericorū abuſus: & aliorū ſubiectorū qui circa diuinum officiū & delationē debiti habitus defecerint i melius reformet & emendet. Et qm̄ multa ſcandala ſepe cōtingunt ex eo ꝙ cōſtitutio Bonifacii pape octaui: que incipit periculoſo. edita ſuper clauſura monialium nō ſeruat: Studeat ipſe dyoceſanꝰ ut omnino iuxta ipſius ꝯſtōnis tenorē executioni demandet. Necnō ut quicūqꝫ religioſi dyoceſano ſubiecti regulas & cōſtitutiones ſuarū religionū pſertim ut ab eis oīs ꝓprietas abdicetur inuiolabiliter obſeruent. Ne etiam in receptione ipſarū ad religionē quicquā per ſymoniā exigat. Precipua aūt in ipſa ſynodo epi cura ſit inquirere ac debitis remediis occurrere ne aliquod dogma hereticū erroneū aut ſcandaloſum ſeu piarū aurium offenſiuum ſortilegia diuinationes incantationes ſuperſtitiones: & queuis diabolica figmenta dyoceſim ſuam inficiāt. Inſtituant preterea teſtes ſynodales uiri graues ꝓuidi: & honeſti legis dei zelum habētes iuxta dyoceſis latitudinē in numero cōpetenti: aut alii eorū ptātem habētes ubi alii ad hoc non ſunt inſtituit qui ſi dyoceſano minus idonei uideant eos ammouēdo ꝓut ei uidebit expedire alios inſtituat. Hii autē in manibus ipſiꝰ dyoceſani uel ſui uicarii iurare teneant ut tradit canon. Epiſcopus in ſynodo: qui per anni circulum luſtrantes ipſam dyoceſim que corrigēda uel formāda uiderint his ad quos talia corrigere uel reformare ptinent referant. Que niſi correcta uel reformata iam fuerint ad Synodū ſubſequētem pferant in qua debitis remediis occurrat. Sed & preter illa que a teſtibus ſynodalibus uel aliis eorū officiū exercētibus dyoceſanus audierit inquirat & ipſe diligenter de cunctis ſubditorū ſuorū exceſſibus: & in delinquentes taliter inſurgat correctionis debite diſciplina ut aliis malignari uolētibus trāſeat in exēplum. ¶ Celebretur quoqꝫ in ſingulis prouinciis ſaltem infra biēnium a fine cōcilii generalis: & deinde ad minus ſemel de triennio in triennium ꝓuinciale concilium in loco tuto. In quo tam archiepiſcopi quam ſuffraganei omnes & alii qui in huiuſmodi conciliis prouincialibus intereſſe tenentur debite uocati interſint. Quod ſi epiſcopus canonico fuerit impedimento detentus ꝓcuratorem ſuum deſtinet: non ſolū ad excuſandum & ꝓbandum abſentie cauſas: ſed ēt ipſius nomine in cōcilio intereſſendū ſuſcipiendumqꝫ quicquid conciliū duxerit ſtatuendū. Alioquin ipſe epiſcopus a perceptione medietatis fructuū unius anni ſue eccleſie qui per perſonam in ipſo cōcilio deputandā in ipſius eccleſie ſue fabricam effectualiter conuertant eo ipſo ſit ſuſpenſus. Alii uero uenire negligentes concilii arbitrio puniant aliis iuris penis in ſuo robore duraturis. Concilio autem generali durante: & per ſex menſes ante huiuſmodi concilia prouincialia non celebrentur. Porro in huiuſmodi in

cohatione concilii ipſe Metropolitanus uel alius eius noīe infra miſſarum ſolēnia uel poſt exhortatorium ſermonem faciat ea que ad ſtatum eccleſiaſticum: & precipue ad pontificale officium pertinent ſerioſe memorando cōminādoq; ſingulis ꝙ iuxta ꝓphete ſniam: ſi eorū culpa cuiuſuis anima perierit illius ſanguis de manibus eorū a dn̄o exiget. Precipue autē tunc fiat monitio exacta ut dignis & bn̄ meritis quorū uita ſufficiēti teſtimonio nota ſit: ordines & bn̄ficia ſine ulla ſymoniaca labe cōferant. Et ſuper oīa ut aīarum cura cōmittenda ſumma diligentia & matura inquiſitio adhibeatur: & ut bona eccleſiaſtica nullatenus ad uſus illicitos: quinimo ad honorē dei eccleſiarū ɔſeruationē habēdo ſecūdum ſacros canones: in ꝑcipuam curam pauperū: & indigentiū laudabiliter cōuertantur: ſcientes ꝙ de his oībus apud tribunal eterni iudicis uſq; ad minimū quadrantem rationē reddituri ſunt. In quibus quidē cōciliis de corrigēdis exceſſibus moribuſq; ſubditorū reformādis: & precipue qualiter ep̄i in cōferendis bn̄ficiis cōfirmādis electionibus: miniſtrandis ordinibus: deputādis cōfeſſoribus ꝑdicando ad populū: & puniēdo exceſſus ſubditorū: obſeruationeſq; ep̄alium ſynodorū: ceteriſq; ad officiū ep̄ale ac iuriſdictionē & adminiſtratiōem eorū in ſpūalibus & tēporalibus quolibet ſpectātibus ſe geſſerint: & ꝑſertim an a ſymoniaca labe manus innoxias ſeruent diligens inquiſitio ſecundū iuris cōis diſpoſitionē fiat: ut oēs qui in ꝑmiſſis deliquiſſe cōperti fuerint per cōcilium ipſum corrigātur & puniantur. Similimodo de ipſo metropolitano circa oīa ſupradicta diligenter inqratur cuius exceſſus & defectus ip̄m cōcilium eidem ſpecialiter exprimat ipſum admonēdo & obſecrādo: ut cū aliorū pater uocetur: & eſſe debeat a talibus oīno deſiſtat. Et nihilominus inquiſitionem de ipſo habitam inſcriptis redactam ad romanū pontificē uel alium eius ſuperiorē ſi quē habet ſine mora tranſmittat: ut ab eo punitiōem & reformatiōem ſuſcipiat cōdecētem. Inter cetera ſi que diſcordie cōtentiones & inimicitie inter quoſcunq; uiguerint que quietē & tranquillitatē ꝓuincie poſſent ꝑturbare: curet omni ſtudio ſacrū conciliū illa ſedare: & more piorum patrū ad pacem cōcordiamq; filiorum uigilāter intēdat. Et ſi inter regna prouincias ſeu principatus huiuſmodi diſcordias ſuſcitari contingat mox ſancti dei antiſtites concilia ꝓuinciarū ſuarū ſimul cōgregari ꝓcurent: & ſibi inuicē conſilium & auxiliū impēdentes cuncta diſcordiarū fomēta amputare ſtudeant: neq; hoc alicuiꝰ amore uel odio ꝑtermittant: ſed ad deum ſolum & ſalutē populi mentis oculos erigentes ad ſanctum pacis opus omni tepiditate ſemota inuigilēt.

¶ Cogitent inſuper in ꝓuinciali ſynodo ꝙ imediate cōciliū generale ſubſequens antecedit oīa que in eodem ꝓuintiali cōcilio uiſa fuerint ꝓſequēda ad dei gloriam: ac prouincie cōmodū ſalutemq; populi chriſtiani. Ibidemq; eligātur in numero competēti qui ad proximū generale cōcilium uice totius ꝓuintie debeant ꝓficiſci: quibꝰ per ſubſidium uel alias ꝓuideatur ꝓut de iure & cōcilio ꝓuinciali fuerit uiſum expedire. Ita tamē ꝙ illi qui ultra ꝑſonas ut predictū eſt deputatas ad ipſum ɔcilium generale accedere uoluerint: aut eorū clerus nullatenus ꝓpterea grauētur. Relegant quoq; in uno quoq; ꝓuinciali Concilio que ſecūdum canonicas ſanctiones in eiſdē legi ꝑcipiuntur: ut ea & inuiolabiliter obſeruētur & trāſgreſſoribꝰ pene debite inferant. Quod ſi metropolitani ſeu dyoceſani predictis terminis in celebrādis ꝓuincialibus & ep̄alibus Synodis ceſſante legittimo impedimento negligētes fuerint medietatē omniū fructuū & obuentionū ratione ſuarum eccleſiarum ad eos pertinentium fabrice ipſarum eccleſiarū applicandam eo ipſo āmittāt. Qui ſi in eadem negligētia per tres proximos menſes perſeuerauerint ab officiis & beneficiis ſint ipſo facto ſuſpēſi. Quibus trāſactis temporibus anteſcriptis penis antiquior in ꝓuincia ordine Ep̄s ipſius metropolitani ep̄i aut maior in dignitate poſt pontificalem in ſacris cōſtitutus niſi forte ad alios: de cōſuetudine uel priuilegio pertineat negligentiam in celebrandis predictis prouincialibus & ep̄alibus ſynodis ſupplere teneatur. Iubet inſuper hec ſancta ſynodus oībus prelatis religionum & ordinum quorūcūq; ad quos celebrare capitula pertinet: ꝙ illa ſtatutis tēporibus ſub predictis penis ſeruent & ſeruari faciant: in quibus ſecūdum canonicas ſanctiones & religionū conſtitutiōes cum omni ſtudio & diligentia ad ueram ſingularū religionū & ordinū reformationem intendant: ita ut deinceps in ſingulis monaſteriis iuxta proprias regulas & cōſtitutiones debite regularis uigeat obſeruantia. Et precipue ut tria ſubſtantialia profeſſionis uota omnino obſeruent. Per premiſſa autē hec ſancta Synodus non intēdit iuribus quorūcunq; quomodolibet derogare Datum in ſeſſione publica celebrata in eccleſia maiori Baſilien̄. vi. Kl'as Decembris. Anno a natiuitate domini. Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio.

¶ Seſſio ſextadecima.

s **Acroſancta generalis** Synodus Baſilien̄. in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalem eccleſiam repn̄tans: ad perpetuam rei memoriam. Litteris ſanctiſſimi dn̄i Eugenii pape quarti more curie romane bullatis: ac per nonnullos ſancte romane eccleſie cardinales ſubſcriptis: quarum tenor de uerbo ad uerbum inferius deſcribitur huic ſacro concilio in generali congregatione per uenerabiles Iohannem archiepiſcopum Tarentinum & Chriſtoforum Ceruien̄. epiſcopum oratores ſuos preſentatis & lectis examinatiſq; & diligenter inſpectis eadem ſancta ſynodus decernit & declarat prefatum dn̄m Eugenium per predictas litteras plenarie ſatiſfeciſſe monitioni citationi & requiſitiōi huius ſacri

concilii prout in decreto in quartadecima ſeſſiõe ꝓmulgato & in cedula in eodẽ decreto inſerta cõtinetur: Ipſaſq; litteras approbat admittit & acceptat rataſq; habet & gratas & ſic ab omnibus haberi uult Mandans dictarũ litterarũ tráſſumpta ſub bulla ſacri cõcilii dari debere oibus habere uolẽtibus quibus tranſſumptis eandẽ fidẽ dari decernit ꝗ ipſis lr̃is originalibꝰ dare. ¶Tenor uero dictarũ lr̃arũ ſeq̃t & eſt talis.

Eugenius Ep̃s ſeruus ſeruorũ dei: ad ꝑpetuã rei memoriã. Dudũ ſacrũ generale ↄciliũ Baſilieñ. ꝑ generaliũ cõſtañ. & Seneñ. cõciliorũ ſtatuta ordinationeq; felicis recordatõis Martini pape quinti ac noſtram ꝓ extirpatione hereſum pace populi xp̃iani ac generali reformatiõe eccleſie in capite & in mẽbris: & ꝑtinẽtibꝰ ad ea legittie incohatũ ex certis cauſis i aliis noſtris lr̃is exp̃ſſis de fratrũ noſtrorũ ſancte romane eccleſie cardinaliũ cõſilio diſſoluimus. Verũ cũ ex dicta diſſolutione orte ſint graues diſſenſiones & grauiores oriri poſſent: nihilq; magis optemus ꝗ ꝙ p̃dicta ſc̃tã opera debitũ ſortiatur effectũ de ↄſilio & aſſenſu Venerabilis fratris Iordani ep̃i Sabineñ. & dilectorũ filiorũ noſtroꝝ Anthonii ſancti Marcelli: Frãciſci ſc̃ti Clemẽtis: Angeloti tituli ſc̃ti Marci p̃ſbyterorũ: ac Lucidi ſc̃tẽ Marie i coſme diñ. Ardeſini ſanctorũ Coſme & Damiani dyaconorũ ſc̃tẽ romane eccleſie cardinaliũ decernimꝰ & declaramus p̃ſatũ generale conciliũ Baſilieñ. a tẽpore p̃dicte incohatiõis ſue legittime cõtinuatũ fuiſſe & eſſe: ꝓſecutioneq; ſemp habuiſſe cõtinuari ac ꝓſecutionẽ hẽre debere ad p̃dicta & ꝑtinẽtia ad ea ꝓinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quin imo p̃ſatã diſſolutionẽ irritã & inanẽ de ↄſilio & aſſenſu ſimili declarantes ipſum ſacrũ generale ↄciliũ Baſilieñ. pure ſimpliciter & cũ effectu ac omni deuotiõe & fauore ꝓſequimur & ꝓſequi intẽdimus. Preterea ut mẽtis noſtre integritas ac deuotio quã ad uniuerſalẽ eccleſiam & ſacrũ generale cõcilium Baſilieñ. gerimus oibus ↄſtet euidenter duas noſtras lr̃as pridẽ i palatio apoſtolico ꝓmulgatas: nã tertias quarũ tenor de uerbo ad uerbũ inferius deſcribit̃ ꝗ dicunt̃ incipe Deꝰ nouit cũ a nobis aut de ſcitu noſtro nunꝗ emanarũt licet ſupflũ uideat̃ ꝙ nõ extat reuocare: tñ qa petitũ eſt & ad cautelã ſi nullo unꝗ tpe appareret: & alias quaſcũq; & quicqd ꝑ nos aut noſtro noie in p̃iudiciũ aut derogationẽ p̃dicti ſacri cõcilii Baſilieñ. ſeu cõtra eiꝰ auctoritatẽ factũ & attẽptatũ ſeu aſſertũ eſt caſſamꝰ reuocamus irritamꝰ & annullamus nullas & irritas fuiſſe & eẽ declaramus. Itẽ reuocamus quoſcũq; ꝓceſſus quarũcũq; cẽſurã priuationũ & ſuſpẽſionũ factos ↄtra ſuppoſita huiꝰ ſacri cõcilii Baſilieñ. & adhereñ. eidẽ: necnõ oia geſta & facta in p̃iudiciũ leſionẽ & derogationẽ eorũdẽ eis nõ legittie citatis nec legittie defenſis: de qbuſcũq; dignitatibꝰ beneficiis cõmendis & officiis ẽt ſi cardinalatꝰ patriarchatus archiepatus ep̃atus abbatie &c. exiſtãt iuribꝰ & bonis qbuſcũq;: & ſpẽaliter ↄtra cardinales de Cypro ſancti Sixti: & firmanũ: ac oia i priſtinũ ſtatũ ꝑ p̃ntes reducimꝰ perinde ac ſi nõ emanaſſent cũ clauſulis opportunis. Mãdãtes ſub penis formidabilibꝰ oibꝰ q ſe de dictis dignitatibꝰ bñficiis cõmẽdis & officiis iuribꝰ & bõis ſe intromiſiſſent: uel rõne dictarũ priuationũ ſeu n̄rarũ ordinationũ quarũcũq; ſe uellẽt intromittere ut ab ipſa intromiſſione & omniũ moleſtia penitus deſiſtãt. Verũ aũt fuerit legittima citatio & defenſio ſtabit̃ iudicio ipſius ſacri cõcilii. Nos aũt deinceps a nouitatibus & grauaminibus ſeu preiudiciis inferendis ipſi ſacro concilio uel ſuppoſitis eius & adherẽtibus eidem realiter & cum effectu deſiſtemus. Tenor uero predictarum litterarum ſequitur & eſt talis.

¶Prima bulla reuocata.

Eugenius ep̃s ſeruꝰ ſeruorũ dei ad futurã rei mẽoriã. Inſcrutabilis diuine ꝓuidẽtie altitudo ad hoc nos maxime p̃tãtis deſup plenitudine tradita ſuper uniuerſum gregẽ dñicũ p̃ſule ↄſtituit ut ad remouẽdũ atq; extirpãdũ de agro dñi uepres ex qbꝰ poſſent eccl'ie ſue ſc̃tẽ & xp̃iane rei publice diſſenſiões & ſcãdala ꝓuenire cura aſſidua ac ꝑuigili intẽdamꝰ. Sane cũ dudũ ex certis & rõnabilibꝰ cauſis cõciliũ qd nõnulli Baſilee cõgregatũ eſſe dicebãt diſſoluẽtes illud ad ciuitatẽ n̄ram Bononieñ. duximꝰ cõmutandũ poſtmodũ ceſſantibꝰ dictis cauſis p̃ſatũ cõciliũ in ipſa ciuitate Baſilieñ. decreuimus ꝑ n̄ros legatos q ibidẽ n̄ro noie p̃ſiderẽt cõtinuari debere ꝓut in diuerſis deſup cõfectis lr̃is n̄ris plenius cõtinet̃. Cũ aũt qui Baſilee cõgregati erãt ꝓut ſunt ẽt poſt diſſolutionẽ & decretũ hmõi ac ẽt ante aduẽtũ dictorũ legatorũ nõ ad cõmunẽ utilitatẽ ſed ad priuatas paſſiões intẽti nullaq; auctẽ ſedis ap̃l'ice ſuffulti multa & grauia ẽt p̃ter illa tria pp que fuerat ibi principaliter a principio cõciliũ cõſtitutũ tanꝗ haberent gñalis ſynodi nobis ẽt cõtradicẽtibꝰ diſpõere p̃tãtem ordinare ſtatuere ſancire declarare & mãdare p̃ſumpſerint in n̄rum ac ſedis ap̃l'ice: ac uenerabiliũ fratrũ n̄rorũ cardinaliũ & alioꝝ nobis adherẽtiũ graue p̃iudiciũ: p̃ter & cõtra ſanctoꝝ patrũ decreta & canonicas ſanctiões. Nos attendẽtes ꝙ ea que ꝑ eos ſic perperã ſtatuta facta & ordinata exiſtũt ſi ſub diſſimulatiõe & ſilẽtio p̃terirẽt in magnũ atq; euidẽs p̃iudiciũ eccleſie: & ap̃l'ice ſedis & graue ſcãdalũ plurimorũ uериſilr̃ redũdare poſſent: cum nõ ad reformationẽ: ſed deformationẽ: nõ ad unitatẽ ſed ſciſſurã eccl'ie nõ adhereſes tollẽdas ſed nutriẽdas: nõ ad pacẽ fideliũ ſed diſcordiã ſeminãdã ſpectare uideant̃ ac ꝓpterea uolẽtes ꝓut ex debito paſtoralis tenemur officii quãtũ altiſſimꝰ ꝑmiſſerit futuris ſcãdalis celeri remedio ꝓuidere oia & ſingula geſta facta ordinata ſancita decreta & declarata ꝑ prefatos Baſilee cõgregatos & exiſtẽtes uidelicet citatões ꝓceſſus & ſniãs ſtatuta & decreta que de nobis ſeu cõtra nos iura & libertatẽ n̄ram & ſedis ap̃l'ice: uel uenerabiles fratres ſc̃tẽ romãe

eccleſie cardinales ſeu ipſorū aliquē aut ꝑlatos quoſcūq; ſiue curiales:aut romanā curiā ſeqntes uſq; ipre
ſentē diē facere ſtatuere attēptare & ordinare nimiū ꝑſumpſerīt & q̄ uſq; ad acceſſu; ipſorū legatorū ad
ſupraſcriptā ciuitatē Baſilieñ.& in ipſo ↄcilio ꝑſidētiā quōlibet p eos i futurū fiēt agent ordinabūt facient
ſtatuent attēptabunt & mandabunt exceptis hiis i qb⁹ eis p nr̄as lr̄as facultatē ↄceſſim⁹ irrita eē & inania
nullīq; effectū debuiſſe aut dēre ſortiri auc̄te ap̄lica de ↄſilio & aſſenſu ꝑfatorū fratrū nr̄orū ſc̄tē romāe
eccleſie cardinaliū tenore p̄ntiū declaram⁹ decernim⁹ac p infectis hēri uolum⁹& mādam⁹.Ipſaq; & ma
xime legatōes in terris eccl̄ie creatōes & ordinatiōes officialiū bn̄ficiorū collatiōes ac oia & ſingula inde
ſecuta:uel q̄ in poſterū ſeq poſſent exnunc ꝑfata auc̄te cū de facto ꝓceſſerint de ap̄lice ptātis plenitudine
caſſam⁹ irritam⁹ & annullam⁹ ac nulli⁹ eſſe decernim⁹ roboris uel momēti diſtricti⁹ inhibētes oibus xp̄i
fidelib⁹ ne decretis ordinatōib⁹mādatis factis & geſtis hmōi mō aliquo pareāt uel intendāt aut ꝓ talib⁹
reputēt:declarantes oēs & ſingulos cuiuſcūq; ſtatus grad⁹ & ꝑeminētie exiſtāt:etiā ſi impiali regali cardi
nalatus ſiue q̄cūq; alia eccl̄iaſtica ſiue ſeculari ꝑfulgeāt dignitate nullo uinculo Iuramēti ꝓmiſſiōis facti
aut ↄuētiōis ꝑdictis facte quōlibet ſe teneri.Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄e declaratiōe cō
ſtitutōis uolūtatis mādati caſſatōis irritatōis annullatōis & inhibitōis ifringere uel ei auſu temerario ↄtra
ire.Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit indignationē oipotentis dei & beatorū Petri & Pauli ap̄lorū ei⁹
ſe nouerit incurſurum.Datū rome apud ſanctum Petrum.Anno incarnationis dominice Milleſimoquadrin
genteſimotrigeſimotertio quarto Kalendas Auguſti pontificatus noſtri anno tertio.

¶ Secunda bulla reuocata.

Eugenius ep̄us ſeru⁹ ſeruoꝝ dei.Ad futurā rei memoriā.In archāo nr̄e mētis ſepiſſime cogitā
tes ꝙ niſi ſuper in ualeſcēti hominū malitia q eccl̄iā dei uariis q̄ſitis colorib⁹ ptur
bare cōati ſunt auctoritas romanoꝝ pōtificū reſtitiſſet diuerſa in eccl̄ia dei ſcādala eme:ſiſſent nō ſolum
debitū ſed ēt neceſſariū reputam⁹:ut nos quoq; ea q̄ in eccl̄ia ſcādalū nr̄mq; & ſedis ap̄lice cōtemptū &
dedec⁹ fieri cōſpicim⁹ debitis remediis cōprimam⁹.Sane cū ad nr̄am noticiā nup ꝑueniſſet qddā ꝑtenſum
decretū Datū tertio idus Iulii anno dn̄i.M.cccc.xxxiii.emanaſſe in quo inter cetera ↄtineri nos infra ſexa
ginta dieꝝ ſpaciū dictis ↄgregatis pure & ſimplr̄ adherer debere:uenerabilib⁹aūt fratrib⁹ nr̄is ſc̄ē romāe
eccl̄ie cardinalib⁹:necnō qbuſcūq; in romana curia exiſtētib⁹mādari dicebat:ut poſt ip̄m terminū lapſum
infra uiginti dies ꝓxime ſeq̄ntes ſub pena ꝑuatiōis omniū bn̄ficioꝝ ſuoꝝ comendarū pēſionum officiorū
& gr̄arū quarūcūq; quā incurrāt ipſo facto romanā curiā relinq̄rēt:oēs inſup cās i ipſa curia pēdētes ad ſe
eo caſu aduocabāt:put hec & nōnulla alia i ipſo ꝑtenſo decreto dicunt pleni⁹ cōtineri.Nos ex incūbenti
nobis cura officii paſtoralis aſtricti ad tuēdā nr̄am ſediſq; ap̄lice auctoritatē cardinaliū quoq; patriarcha
rum archiep̄orū Ep̄orū ꝑlatorū officialiū: & aliorū curialiū ꝑdictorū aſſerētiū ipſi⁹decreti ex defectu po
teſtatis ↄdentiū:ac in hac parte ſupplicantiū ut ſup ꝑmiſſis ꝓuidere uellem⁹grauı q̄rela cōmoti:auc̄te dn̄i
nr̄i Ieſu xp̄i:q nos ſuū in terris ↄſtituit uicariū ac de ptātis nr̄e plenitudine ꝓnūciam⁹ decernim⁹:ac ēt de
claram⁹ ꝑmiſſum aſſertū decretū:ac oia & ſingula in eo ↄtēta nullū & inane penit⁹extitiſſe & exiſtere nul
liuſq; auc̄tis ualoris uel momēti:ip̄mq; & quecūq; in eo cōprehēſa eadē auc̄te reuocamus caſſam⁹ irrita
mus:& ꝓ infectis hēri uolumus & mādam⁹:decernētes i ſuper & ēt ſtatuētes ꝓceſſus oium bn̄ficiorū offi
cioꝝ dignitatū pēſionū comēdaꝝ ſeu tituloꝝ quorūcūq; collatiōes:& diſpoſitiōes q̄ſcūq; in uim eiuſdem
decreti quōcunq; & qualitercūq; factas & fiēdas: & oia inde ſecuta notorie nulli⁹ extitiſſe: nec exiſtere
firmitatis.Mādamus inſuper oibus & ſingulis xp̄ifidelibus eccleſiaſticis & ſecularibus cuiuſcūq; dignita
tis ſtatus ſeu ↄditionis exiſtant : etiam ſi impiali regali reginali Cardinalatus patriarchali uel quauis alia
ꝑfulgeant dignitate ſub anathematis pena & priuationis quā ↄtra faciētes incurrere uolumus ipſo facto
dignitatū officiorū & bn̄ficiorū ſuorū quorūcūq; ac inhabilitationis ad illa ſeu alia in poſterū obtinēda:ne
Cardinales patriarchas archiep̄os ep̄os ꝑlatos officiarios clericos: & alios romanā curiā ſequētes i eorū
ꝑſonis ſeu reb⁹ eccleſiaſticis bn̄ficialibus ſp̄ualibus uel ꝓphanis occaſione ꝑfati decreti turbent quōlibet
uel moleſtent:nec ea facientibus ꝑſtent auxiliū cōſilium uel fauorē:pari quoq; pena illos qui auctoritate
ſeu occaſiōe quacūq; ea aut eorū aliq̄ auſi fuerit attēptare uolum⁹ ſubiacere inhabilitātes eos ad q̄ſcūq;
dignitates honores officia & bn̄ficia i poſterū obtinēda ſupplētes ex eadē ptātis plenitudie oēs defect⁹ ſi
q forſan interuenerint in premiſſis.Nulli ergo hominū liceat hāc paginam noſtre ꝓnūciationis ↄſtōnis de
clarationis reuocationis caſſationis irritationis uoluntatis mandati ſtatuti inhabilitationis & ſuppletionis
infringere uel ei auſu temerario ↄtraire.Si quis aūt hoc attemptare ꝑſumpſerit indignationem oipotentis
dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū.Datum Rome apud ſanctum Laurē
tium in damaſo.Anno incarnationis dn̄ice.M.cccc.xxxiii.Idus Septēbris pontificatus noſtri anno tertio.

¶ Tertia bulla reuocata.

Eugenius Ep̄s ſeruus ſeruorū dei uniuerſis xp̄ifidelib⁹ ſalutē & apoſtolicam benedictionem.
Deus nouit ſecretorum omnium optimus perſcrutator ꝙ uſq; adeo ſummopere ac
diligenti ſtudio procurauimus ne ſacrilegum ſciſma in dei eccleſia naſceretur : quod pauci & ſancte ro

mane eccleſie cardinales Baſilee cōueniētes ipm̄ poſſent ueriſimiliter (ſi ab iceptis nō deſiſterēt) iduce
nos ēt ad illa hūmiliādo ut ſcādala uitarent ac ipſis plurima ꝓmittēdo ad q̄ de iure minime tenebamur:
dētes ut exinde pacati pax & tranqllitas inter nos & ipſos imo ueriꝰ in xpiana religiōe orirēt: ſed nō
fuerūt ſiue ꝓdeſſe poſſunt ꝑ nos pie manſuete & modeſte cū ipſis dicta & geſta ut poteſt notorie aiadu
tere xp̄icola qlibet orthodoxus: quin ipſi uelint ſe a ſctā ſede apl'ica ſcindere: & diuinū corpꝰ unicū id
ſctām matrē eccleſiā tunicā xp̄i incōſutilē lacerare ac ſciſſurā peſtiferā in ipſa cōficere: noſqꝫ petri ſucce
rem legittimū licet immeritū propoſſe cōſundere quas res hactenus xp̄iane religiōis principibꝰ pateſ
te nō curauimus ſperātes nr̄a cū māſuetudine & patiētia oia ac debite iuſtitie ſemitas poſſe deducere
ipſos ab eorū conatibꝰ & erroribꝰ reuocare. Sed proh dolor nimiū iſte morbus eoꝝ cāceroſus inualuit
quotidie cōualeſcit: ꝙ nr̄a clementia & nimia benignitas ipſos cōtra nos quotidie reddit magis elatos.
q̄uis eorū deſyderiis cōdeſcēdētes mādauerimꝰ iterū debere Baſilee ꝯciliū celebrari. Ipſi tn̄ qm̄ nobis
pido ſunt infeſti & quos toleraſſe & ipſi ſuarū cōtra ſedē apl'icā rebellionū indulgētiā obtuliſſe nō pro
it: eorum tn̄ intentioni executioni gaudent & cupiūt precipue demādare nos falſo de uariis criminibus
ualeant inhumaniter omni pontificali poteſtate nos perturbare quorum callide dicta & geſta opus eſt r
fellere ne falſis detractionibꝰ de nobis cōfictis ualeant chriſtianā circumuenire religionē: ac omnibꝰ x
fidelibus eorū dicta geſta & facta horrenda ſapere poſſe in futurū ſciſma & peſtiferā hereſim oſtēdam
nr̄is his litteris ſingulariter eorū obiectis reſpondētes. Obiiciunt igit̄ primū de nobis obloquētes ꝙ ſc
dali & perturbationis cauſa in eccleſia dei introducendi perperam conati fuimus ſacrum Baſilieñ. diſſo
uere conciliū. Quodqꝫ ex hoc uniuerſalē eccleſiā cōturbauimus: nec ſine ꝯſenſu cōcilii diſſolutionē illa
facere ualuimus que cuncta ueritati iuris & facti penitus ſunt aduerſa. Quoniā primū nunq̄ noſtra fu
aut erit intētio ſacrū diſſoluēdo exinanire cōciliū: ac nolle ſcdm Cōſtantieñ. & Seneñ. ſtatuta cōcilii fac
ipſam ſynodū celebrari. In qua ꝑfide hereſes euellerent & deo militantiū in eccl'ia reformarentur mor
improbi ac alta pax & dulcis tranqlitas xp̄iano populo traderet: qm̄ potiꝰ hoc tam ſalubre negociū ſem
potiſſime inſedit & reſidet cordi noſtro. Et his de rebus cupiētes ut ipſum per aplice noſtre ſoltertie ſtu
um finem debitū ꝯſequeret in nr̄e aſſumptionis principio ad ſummi apl'atus apicē mandauimus per dile
ctum filium Iulianū ſctē romane eccleſie ſancti angeli dyaconem cardinalem ibidem Baſilee ſanctā ſyn
dū celebrari. Verū qm̄ poſtmodū ut aliis noſtris litteris curauimus chriſticolis palam facere iuſtis de cau
ſis: ex parte etiam nōnullorū tunc Baſilee conuenientiū per dilectū filiū Iohannē pulchri patris ipſum or
torem ad nos ſpāliter deputatū nos informati ueridica relatiōe ꝑcepimus: ꝙ Baſilee pro tunc ſine magn
tpis interuallo ipſius ſctē Synodi celebratio nō eſſet poſſibilis cōciliū ipſum penitus nō diſſoluimus ut ip
ſi nō bene interpretati ſunt: ſed ad nr̄am ciuitatē Bononieñ. cōmutauimus ſic ꝙ ipm̄ in ſua eſſentia ꝯſiſtere
uoluimus: ac a Baſilieñ. ciuitate ſolū exſoluimus. Quare nos indebite criminant ꝙ ſcandala in eccleſia de
introducēdi cā cōciliū diſſipauimꝰ: cū ipm̄ a Baſilea cōmutare neceſſitatibꝰ urgeñ. coacti fuerimꝰ. Et qu
uis nūc ipſas nobis cauſas ꝑ ꝓfatū oratorē intimatas inficiari non uereant orbi tn̄ toti notiſſimum eſt illa
cauſas celebrādi cōcilii impeditiuas extitiſſe ueras. Nam fere octo menſes effluxerūt poſtq̄ ipſa initiari d
buit ſctā Synodus: nec adhuc Baſilee tres cōuenerant ep̄i aut alii in toto numero decē prelati: Regūqꝫ &
principū ꝓcuratores ſiue nūcii nulli aderāt cū qbꝰ de xp̄ianorū pacatiōe ſiue cōcordia poſſent aliqua per
tractari: ut i cōciliis primū inquirere decēs eſt. Doctorū atqꝫ magrorū fere nulli intererāt: q hereticorū ue
ſutiis reſiſtere poſſent: ac argumēta eorū ſcirent ſophiſtica refellere & confutare. Locus etiā ipſe ciuitati
Baſilieñ. minime tutus uidebat: tum ꝑp armatam finitimam hereſim Bohemorum: tum propter ſub ortam
guerram inter dilectos filios uiros illuſtres Burgundie & Auſtrie duces. His igitur & aliis iuſtis & legit
timis de cauſis non ſcandalizandi clerum ſiue errores ſtudio cōficiendi de ipſorū cardinalium plurimoru
cōcilio & aſſenſu qui nunc Baſilee cōueniunt & hanc cōmutationem dānant illā fecimus ꝓſertim hiis et
de cauſis moti qa ſperabamus ꝙ in Italia conſiſtente chariſſimo In chriſto filio Sigiſmundo romañ. tun
rege nos facilius ambo potuiſſemus Bononie conuenire: adeſſentqꝫ ibidem Bononie tunc celerius prela
& principes in numero copioſo ſiue ipſorum procuratores: & nuncii cum quibus melius & grauiori matu
ritate ſingula in ꝯciliis agēda expedirent: & maiori cum reuerētia ab omnibus chriſtifidelibus reciperent
q̄ illa que per paucos Baſilee conuenientes fieri forſitan contigiſſent. Neſcimus ergo quomodo ipſam au
dent cōmutationē reprobare cuius ipſi plurimi fuerunt auctores ꝓcipui: damnentqꝫ eorū geſta nō noſtra
quia tūc eramus grauiſſima corporali infirmitate grauati cum ipſi diſſolutionem & tranſlationē ipſam pro
mouere ſuadebant ac efficere ſtuduerūt nobis precipue ad memoriam reducentes: & hiis rationibus com
pellentes: ꝙ dum eramus in minoribus conſtituti una cum ipſis & aliis fratribus noſtris ſancte romane
eccleſie cardinalibus uoto & iuramento nos aſtrinximus: ꝙ illo in loco concilium teneremus in quo maiori
parte cardinaliū magis expediens uideretur: cū Baſilee nō ſperaret poſſe conciliū celebrari tpibꝰ a iure de
cretis iam ſine tēporis inſtante: & impedimentis ſubſiſtentibus enarratis: ſicqꝫ ipſi mutationem ſiue tranſ
lationem neceſſariam eſſe dicentes: & ut alio in loco trāſferreremus ſedule requirentes: Tandē fuit cauſa

finalis ut ipſam tranſlationē ſiue cōmutationē faceremus:quā tñ & iuſtā fuiſſe:& nobis ſoli cū uenerabili-
bus frīb⁹ nr̄is ſctē romane eccl'ie cardinalib⁹ facere licuiſſe ꝓut egimus ēt abſq; alteri⁹ ↄſenſu cōcilii:ne
mo ſane mētis debet ambigere.Nā & ſi canon cōſtantieñ.cōcilii qui incipit frequēs ab ipſo ↄcilio editus:
& a felicis recordatiōis Martino p̄deceſſore nr̄o nō iprobat⁹ locū mutare uel tp̄s inceptōis ↄcilii ꝓrogare
nob̄ ſine ↄcilii ↄſenſu ꝓhibere uideat:ñ tñ d; ſic abuſiue interp̄tari ut cū iminēte nob̄ ēt ſoli adēpta fuerit
circa loci mutatōe;:tp̄is ꝓrogationē diſpēſandi facultas.Tū ēt ſi a Martino edit⁹ extitiſſet illa nō fuiſſet ſi
ue eē debuiſſet ꝓhibētis intētio:q̄ ſucceſſorib⁹ ſuis nullū potuit in hac parte p̄iudiciū gn̄are pari poſt ip̄m
immo eadē ptāte functuris:& infert prout eſt ſcd̄m oia iura in hac parte conciliū inferius ſummo pōtifice
papāq; ipſo priorē nequeit ſoluere uel ligare.Sed nos i hūs cōcilio ſuperiores ipſum poſſum⁹ ꝓ libito re
gulare.Nam hoc de iure notiſſimū eſt ꝙ poſſumus quecūq; ſtatuta decreta declarata ſiue ſancita p quoſ
cūq; p̄deceſſores nr̄os uel p quecūq; cōcilia dūmodo in ipſis fidei fundamēta non exiſtāt ſiue ex hoc uni
uerſalis eccl'ie bonū principaliter nō turbet ut uicari⁹ xp̄i & irreprehēſibiliter pro nr̄o ammouere & corri
pere libitu uoluntatis:& cōtra ſentire nō eſſet longeuū ab hereſi uelle ligare manus uicarii Ieſu xp̄i:& in
terris dei legati ſiue ipſius geſta iudicare uel improbare quod ſacrilegii crimē habet.Sed q̄ſum⁹ nobis di
cant qui nobis detrahūt q̄ hereſis que uniuerſalis eccleſie turbatio ex hac tranſlatiōe loci ſurgere poterat:
ſi nos ſanctā Synodum Bononie cōmutam⁹:ut eius bonum nō fruſtaret ulterius:quod iam mēſibus octo
ſine fructu aliquo extiterat ꝓrogatum:& ipſius initiandi poſtmodū Baſilee ueſtigia cōmoda nulla uidebā
tur:Profecto nullus per iuris tramites ambulans & non paſſione ſeductus aſſereret ꝙ eccleſie fecerimus
turbationē ſed ſalutē:nec celebrationem concilii fruſtrauimus.Sed id accelerare concupimus.Taceant igi
tur hii qui ſic inhumaniter nobis detrahunt.Quoniā non ad chriſtianorum & eccleſie noxam cōmutatio-
nem fecimus ſed pro ſalute tutiſſima:ut citius que in concilio forent agenda debitū finem ſortirentur.Fuit
igitur a Baſilieñ.ciuitate legitima pro tūc noſtra concilii diſſolutio ac ipſius ad Bononiam iuſtiſſima tranſ
latio:& aſſerentes contra ſunt penitus ab omni ueritate ac fide catholica alieni. Nos inſuper criminantur
& diffamant:ꝙ ſacro concilio pure & ſimpliciter non heremus : & quotidie magis ac magis cōtemnimur
& deſpicimur. Quodq; nos modeſte & manſuete monere curauerunt ut ſcandaloſam diſſolutionem & ec
cleſie chriſti perturbatiōem amouere deberemus:quas res inquiunt nos ptinaciter recuſare & has ob cau
ſas nos citare & monere non ſunt ueriti:& tandem quod eſt deterius ſi eorū uota infra ſexaginta dies non
impleuerimus nos ab omni pontificali poteſtate ſuſpendiſſe ꝓfitent:que quātū contra oia ſint diuina iura
pariter & hūana:ac hereſim manifeſte nutrientia breuiter oſtendamus:nā diſſolutionē quā ſcandaloſam:
& eccleſiam perturbantem eſſe dicunt legitimis de cauſis & neceſſariis iure fecimus ut ante retulimus.
Quod igitur ſcandalum quod iuſte honeſte & urgente neceſſitate factum extitit:potuit generare?Profe-
cto nullum:cum omnia que ad ſalutem chriſtiane religionis debuiſſent in Baſilieñ. concilio expediri: &
que pro tunc cum ipſam ſanctam Synodū cōmutauim⁹ ibidem Baſilee fieri non poterant melius celerius
& cōmodius in ipſa Bononieñ.Synodo perfici ualuiſſent.Quam ēt eccleſie perturbationē fecim⁹ cum ut
paulo ante narrauimus illo in tempore quo concilium cōmutauimus fere nulli prelati conueuerāt?Non po
terant igit perturbari qui nō aderāt:Quia ꝙ conciliū Baſilee fieret non curabāt.Nam ſi affectaſſent ibidē
in tp̄e conueniſſent:nec quo ad illos qui ↄuenerāt:quia ita pauci numero erant ꝙ ſine noſtra aucte eccleſi
am uniuerſalem rep̄ntare non poterant q̄uis ipſi eam ſe repreſentare dixerint. Concilio igit ad ipſam Bo
nonieñ.ciuitatem legittime tranſlato ibidem poſtmodū conuenientes Baſilee uelut locuſte accephali cano
nicum ſine nr̄is p̄ſidētibus:nō potuit facere: cōciliū cū auctoritate carerēt apl'ice ſedis: Nec uere ſunt q̄a
faciūt excuſatiōes:ꝙ cōſtañ.Seneñq; atq; felicis recordatōis Martini ac noſtra auctoritate ipſorum cōci
lium uires habuit & habeat. Nam nos p̄dictis cauſis ueris ſubſiſtentib⁹ & noſtrā & pie memorie Marti-
ni ac ipſorū cōciliorū auctoritates ut iure fecimus reuocare potuimus ut patule ſupra inſinuauim⁹.Quare
poſt ipſam canonicā diſſolutionem & auctoritatū predictarum reuocationē abſq; ulla aucte apl'ica cōue
niebāt ſiue cōueniūt Vnde uerū non eſt dicere eorū canonicū poſt nr̄am diſſolutionē:& ſine noſtris p̄ſiden
tibus fuiſſe uel eſſe conciliū:qm̄ nulla rata eſt uel nunq̄ erit Synodus generalis que ſummi pontificis non
fuerit auctoritate ſuffulta: Nec eorū ſp̄ūſſanctus eſt caput cū miſericors pater Ieſus chriſtus ſuper omnia
ſummum pontificem eccleſie poſt tranſitum uerbi ad patrem caput & principem eccleſie inſtituerit nos ui
delicet qui locū retinemus uicarii ipſius Ieſu chriſti quāuis immeriti. Sacrilegum igit a nobis poſtulant &
hereticum ut declarare uelimus retroactis tp̄ibus Baſilee cōtinuo fuiſſe cōciliū cū poſt nr̄am diſſolutionē,
ſine noſtris p̄ſidentib⁹ regulare non fecere cōciliū:ꝙ eorū dicta geſta & facta omnia cōtra diuina iura pa
riter & humana perperā ſunt confecta : & que per nos nullatenus ſunt debita comprobari . Et in hoc eſt
ꝙ chriſtianam religionem circūuenire cupiunt ut ſub colore ꝙ continue Baſilee concilium fuiſſe declare-
mus omnia eorum facta & geſta comprobemus:que adeo ſunt minus bene cōpoſita:ut etiam ſi ab habē-
tibus poteſtatem promulgata fuiſſent eſſent irritatione annullatione & reuocatione digniſſima . Nam ꝙ
nunq̄ eſt lectū ipſi in ciuitate noſtra Auinioneñ. & cōtra noſtrā uoluntatē cōſtituere legatū auſi ſunt illam.

tyrãnidi unius cardinalis nuper cũ eis cõuenientis ſubiiciẽdo:ſpreto uero legato de latere ꝑ nos:& noſtram
ſedẽ apl'icã ↄſtituto. Vnde tot guerrarũ ſtrages:tot rapine tot homicidia tot incẽdia ſuborta ſunt. Sed tan
dem clemẽtiſſim⁹ deus ſua miſericordia fauit parti iuſtiorẽ cauſam habenti:quia nr̃o uero dñ̃o & ſub nr̃o
legato ciuitas ipſa eſt ſubiecta. Ipſi inſup de ſingulis romane curie officiis inter ſeipſos diſponere nõ ſunt
uériti p̄ſidentes ad preſidendũ eorũ ut gñali concilio deputando noſtris penitus p̄ſidentibus ſpretis cum
quibus potuiſſent ac debuiſſent canonicam ſynodũ facere & firmare:cauſarũ etiã auditores a ſeipſis con
ſtituerunt:ꝙ nuſquã uiſum eſt põtifice ſummo romanã curiã tenente dum extirpationẽ hereſum reforma-
tionẽ morũ pacẽq3 xp̃icolarũ uniuerſam intendi eſſe deberent ſingulorũ cauſas particulares ſtudent poti⁹
uentilare. Exercitiũ etiam uice cancellariatus officii uni ex ipſis cõtra nr̃am uoluntatẽ tribuere preſumpſe
runt:ac etiam gñalia ſiue publica cõſiſtoria celebrare omniaq3 attẽptare non formidãt:que tantũmõ ſunt
nobis:ac ſedi apl'ice ſpecialiter reſeruata:perinde ac ſi uniuerſe carnis uiã eſſem⁹ ingreſſi:uel ſi omnis põ
tificalis ſumme dignitatis poteſtas eſſet nobis adhuc uiuentibus & in Petri ſede legittime cõſtitutis apud
ipſos deuoluta:quod aſſeuerare eſt hereticũ & prophanũ cũ ptãs apud nos & ipſos:& ſic duos inſolidum
eſſe nõ poſſit. Quia imaginari nõ poſſum⁹ qua anctoritate quo iure nobis in ſede apl'ica cõſiſtẽtibus bñfi
cia cõferant niſi ꝙ uſurpant cõtra iuſtitiã iura noſtra: Et quod deteſtabilius eſt illa que in noſtris p̄deceſſo
ribus malefacta damnant monaſteriorũ religioſorũ ſecularibus clericis adminiſtrationes conceſſas ipſi ad
inſtantiã cuiuſdã principis ſecularis fecerunt. Nam officium gñalis humiliatorũ:& illius ordinis monaſte-
rium principale cuidam ſeculari clerico in cõmendam ſiue adminiſtrationẽ cõceſſerunt:Quam rem exem-
plo ueluti ꝑniciosũ pantea facere recuſauimus. Ipſi uero ut ep̃os habeant cõtinuo cognita cõtraria uolũ
tate facere temptauerunt:& ſub tali eorũ colorato titulo clericus añdictus in dicta adminiſtratione intru
ſus eſt:Ita ut dici poſſit ꝙ fere centum monaſteria regularia que ſub officio generalis dicti ordinis regula
ri debuiſſent ſub unius clerici ſecularis ſint adminiſtratione ſuppoſita:que quantum iuri quantum honeſta
ti:quãtum bonis moribus cõueniant quiſq3 prudens animaduertere poteſt. Poſtremo tandẽ ultra aliud qđ
nos & plurimos fratres noſtros ſancte romane eccleſie cardinales citare conati ſunt : Etiam poſtq̃ decreui
mus ibidem Baſilee debere cõciliũ agitari Nos etiam ab adminiſtratione ſummi põtificis ſuſpendere freti
ſunt: ut ad ipſos poſſent ſaltem de facto ipſam noſtrã ſummi põtificis ptãtem aduocare:& eius adminiſtra
tionẽ exercere cõferẽdo bñficia uel officia & alia faciendo que nobis tantũ ſunt a iure ↄceſſa ſiue ꝑmiſſa.
Iſte ergo ſunt cauſe quare continue Baſilee fuiſſe cõciliũ ꝑ nos declarare cupiũt. Iſti ſunt q qm̃ eorũ uota
pati non uolum⁹ de nobis tot mẽdacia cõfingũt. Iſte ſunt hereſes quas extirpare cupiũt:Iſte ſunt reforma
tiões debite quas in dei eccl'ia introducũt & pax & tranquillitas quas uniuerſis xp̃ifidelib⁹ diſponũt:quia
inter ſeipſos ptãtem nr̃am diuidũt:& ſibiipſis aſcribere cupiũt:ut que bñficia uel officia ſiue honores quos
a nobis cõſequi nõ ualuerũt ſcindendo dei eccl'iam cõſequant. Abſit igit a nobis abſit:ut talẽ declarationẽ
facimus:& ꝙ talia geſta cõprobemus:prius eſt eni ut nõ ſolũ pontificatũ uel partẽ eius ſed animã tollãt q̃
fidẽ chatholicã nobis auferãt. De hoc añt uero ad oñdendã nr̃am ſyncerã & puriſſimã intentionẽ q̃ã ha
bemus ut cõciliũ fiat:& ꝙ omnia ad finẽ debitũ ꝑducant cõtenti ſumus & uolumus pure & ſimpliciter cõ
tinue fuiſſe cõciliũ:Ita tñ ꝙ oĩa geſta & attẽptata cõtra nos ſiue ſedis apl'ice libertatẽ uel priuilegia:ſctẽ-
q3 romane eccl'ie cardinales ac nobis adherẽtes ꝓut de facto fecerũt:ſic de facto añ omnia reuocẽt:No
ſtroſq3 legatos iuxta iuris regulas p̄ſidentes admittant. obiiciunt etiã nobis ac admirari uident ꝙ Baſilee
iuſſimus ſacrã Synodũ celebrari:ac mãdauim⁹ cũ concilii cõſilio agẽda per p̄ſidẽtes ꝑfici. Dicimus ꝙ con
cilium dũtaxat potẽs eſt ipſos añt p̄ſidentes ſequi neceſſe eſt:& ideo ſi cõcilium dictaret ſiue cõſuleret ali-
quid eccleſie expedire:p̄ſidentibus uero non placeret hoc ipſum fieri minime poſſet ſic quod de iudice cõ
ciliũ cõſiliarius formaret. Sed hii ſic dicentes ſi nulla iura uidiſſent ſatis eſſet. Nam ſi ipſi omnia mundi iu
ra percunctent oĩa uolunt ꝙ que in concilio ſtatuunt declarant ſeu ſanciunt a papa uel eius legato conſti
tuant atq3 ꝓmulgent ſacro cõcilio cõſulente ſiue etiam approbãte. Nam ſi papa uel legatus eiuſdem nol-
let diſponere aliqua contra conciliũ affectaret pape ſententia uel eius legati ꝑſonam ſummi pontificis re-
p̄ntantis:non concilii uoluntas ſequenda foret:cum ſuper omnia concilia papa hẽat pãtem niſi forte que
ſtatuenda forent catholicam fidem reſpicerent uel ſi non fierent ſtatum uniuerſalis eccleſie principaliter
perturbarent:quia tunc concilii ſententia eſſet potius attendenda. Verba igitur noſtrarum litterarũ ſecun-
dum iuris formam interpretanda ſunt:ut que ad ſolũ conciliũ ſpectarent que ſunt numero plurima cũ con
cilio expediant & fiãt:alii uero iuris tramites imitent. Et hoc eſt in quo potiſſime fallunt q Baſilee ↄuenerunt. Nam credunt in ſingulis agendis eſſe iudices ſupra pontificẽ qđ eorum actiones demõſtrãt. Nã in ſin
gulis ſe nobis ſuperiores reputãt:qđ tñ aſſeuerare eſt hereticũ & ꝓphanũ:obmuteſcãt igit & noſcãt:ꝙ ẽt
ſic cũ cõcilio fieri mãdauit ſe.re. Martinus noſter proximus p̄deceſſor. Nec uelint noſtram purã intentionẽ
in ſingulis lacerare:quã ẽt cum aliis laceſſere conant aſſeuerantes noſtrã ad ſummi apl'atus apicẽ non fu-
iſſe canonicã electionẽ. Sed o miſericors de⁹ cur oculos tue pie iuſtitie cõtra p̄latos non ↄuerteris : Nam
plurimi ex his q talia ꝓferũt ſunt q nos in Petri cathedrã dirigẽtes intronizauerũt:iſti nos ↄſecrauerũt:iſti

nos coronauerũt:Et aliqui ex eis ut a uero xp̃i uicario põtificatus inſignia ſuſceperũt.Alii uero ex eis fere oẽs gr̃as ſiue bñficia plurima ſunt adepti & nos annis plurimis ꝓ ſummo uero põtifice ueneratí ſunt.Igit̃ imaginari nõ poſſumus qua fronte qua audacia quo colore poſſint noſtrã catholicã electiõnẽ in dubium reuocare:p̃ſertim cũ ipſorũ allegent maximã turpitudinẽ. Quare principes xp̃iani religioſiſſimi uoſq; alii chriſticole orthodoxi per uiſcera miſericordie dñi noſtri Ieſu xp̃i p̃fatos Baſilee cõuenĩetes adhortemini ut deſiſtẽtes ab inceptis uelint nr̃os p̃ſidentes admittere ut canonicã Synodũ facietes poſſint bona illa pp que ſacrũ cõcilium eſt inſtitutũ debite executõi demãdare.Quod ſi ſecus quod abſit fecerint:& dei eccleſiam ſcindere ut hactenus ſunt conati cõcupiuerint:nec cũ p̃ſidentib⁹ intẽdere reformatõi eccleſie ſtuduerint tunc uos xp̃icolas principes iterũ p eiuſdẽ miſericordiã obſecramus qui ꝓ nobis mortẽ ſubiit tpalem ut uelitis eorũ improbis conatib⁹ ꝓpoſſe reſiſtere:p̃ſertim ne ſciſma nephandiſſimũ in dei eccleſia oriatur. Nam hoc ad principes ptinet ſeculi xp̃ianos ut eorũ tpibus pacatam uelint eſſe matrem eccleſiam unde ſunt ſpũaliter nati.Quod pſalmigraphũ uerbũ oñdit:cũ inqt.Et nũc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram Seruite dño &c. Sed quõ ſeruiũt principes in timore:niſi ea q̃ cõtra m̃rem eccleſiã & iuſſa dñi ſunt religioſa ſeueritate ꝓhibẽdo atq; plectẽdo? Agite igit̃ uiriliter agite aduerſus chriſti uineã & agrũ dominicũ deuaſtare cupiẽtes:nec pmittere uelitis ꝙ ſine auctẽ põtificis cõciliabula non cõcilia fiant:Quoniam in futurũ eſſe poſſet exemplũ perniccioſiſſimum:ut decem ſiue plures ad libitũ ſine apoſtolice ſedis auctoritate aliquo in loco prelati conueniant ſcandalizarentq; populum chriſtianum orthodoxum:ac contra chriſti uicarium pro libito reſilirent ac reſiſtentes malis actionibus eternam gloriam mereamini. Datum rome apud ſanctum Laurentium in damaſo Anno incarnationis dominice:Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio idus Septembris pontificatus noſtri anno tertio.Nulli ergo oino hominum liceat hanc paginã noſtre cõſtitutõis declaratõis ꝓſecutionis intentionis caſſationis reuocationis irritationis annullationis uoluntatis reductionis:& mãdati infringere uel ei auſu temerario cõtrarie. Si quis autem hoc attẽptare preſumpſerit indignationẽ omnipotentis dei & beatorum petri & pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.Datum Rome apud ſanctum Petrũ Anno dñice incarnationis Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio Kalẽdas Ianuarii pontificatus noſtri anno tertio.Ego Iordanus ep̃s Sabineñ.manu ꝓpria ſubſcripſi.Ego Anthonius tituli ſancti Marcelli manu ꝓpria ſubſcripſi. Ego Lucidius cardinalis de comite manu propria ſubſcripſi.Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolenniter celebrata Nonas.Februarii Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxiiii.

¶ Seſſio decimaſeptima de admiſſione preſidentium domini noſtri pape.

s Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſpũſancto legittime congregata uniuerſalẽ eccleſiam repñtans Dilectos eccl'ie filios Nicolaũ tituli ſctẽ crucis in hierl'm preſbyterũ. Iulianũ ſancti angeli dyaconũ ſctẽ romane eccl'ie cardinales & uenerabiles Iohãnẽ archiep̃m Tarentinũ & Petrũ ep̃um Paduanũ:ac dilectũ eccleſie filiũ Ludouicũ abbatẽ ſancte Iuſtine paduãe tantũ admittit in p̃ſidẽtes in hoc ſacro cõcilio noie uice & loco ſanctiſſimi dñi Eugenii pape quarti cũ infraſcriptis ꝯditiõibus & clauſulis pleniſſimũ robur & effectũ p oia habituris uidelicet ſine ulla iuriſdictiõe coactiua: ſaluo ẽt modo ꝓcedẽdi in hoc ſacro cõcilio hactenus obſeruato:p̃ſertim q̃ cõtinet̃ in ordinatiõibus huius ſacri concilii que incipiũt.Primo fiãt quattuor deputatiões ſicut ſunt inter quas oẽs de cõcilio diſtribuunt̃ equaliter quãtũ fieri poterit &c.ordinat ẽt ꝙ p̃ter feriã ſextã in q̃ ordinaria eſt cõgregatio gñalis nõ poſſit fieri alia niſi fuerit cõcluſum prius p tres deputatiões ad min⁹. Et tũc intimet̃ ipſis p̃ſidentib⁹:uel alteri ex eis ꝙ ponãt cedulas.Et ſi nõ fecerint un⁹ ex ꝓmotoribus:cõcilii uel un⁹ ex deputatoribus quicũq; ſit ponat cedulas.Et oẽs de cõcilio ueniãt ad cõgregationẽ:alias ſi nõ fuerit concluſum p tres deputatões nullus ad ipſam ꝯgregationẽ accedat.Et quicqd ibi factũ fuerit nulli⁹ ſit roboris:& idẽ de ſeſſione.Itẽ ꝙ lectis i cõgregatioẽ gñali hiis q̃ ꝯcluſa ſunt p deputatiões prim⁹ inter p̃ſidẽtes ibidẽ pñtes etiã aliis:uel alio ex eis abſentib⁹ ꝯcludat iuxta ordinatões ſacri cõcilii.Quod ſi nolit ipſe aut alius de p̃ſidentib⁹ ibidẽ pñtib⁹ facere tũc ꝓximior p̃lat⁹ ſubſequẽs in ordine cõſedẽdi ꝯcludat.Ex ipſo nolẽte ali⁹ ſucceſſiue faciat.Et ſi forte nulli⁹ de p̃ſidẽtib⁹ ueniat ad ꝯgregationẽ uel ad ſeſſionẽ gñalis ꝯcilii: tũc prim⁹ p̃lat⁹ ut p̃mittit̃ ꝓ illo die faciat officiũ p̃ſidẽtis.Itẽ ꝙ oia acta hui⁹ ſacri cõcilii ſicut hacten⁹ eſt obſeruatũ fiãt & expediãt̃ ſub noie & Bulla ipſius ꝯcilii.Datum in ſeſſiõe publica in eccl'a maiori baſiliẽ.ſolẽniter celebrata.vi.ka.maii Anno dñi.M.cccc.xxxiiii.

¶ Seſſio decimaoctaua ſup inouationẽ decreti cõcilii cõſtañ.

s Acroſancta generalis ſynodus Baſilieñ.in ſpiritu ſancto ligittime congregata uniuerſalẽ eccleſiam repñtans:Ad perpetuam rei memoriam:Ad magnam eccleſie catholice utilitatem pertinere dignoſcitur ut ipſius auctoritas cui omnes ſubeſſe tenẽtur in ſacro olim conſtañ.concilio declarata ſepius manifeſtetur: & ad omnium noticiam producatur:& quẽadmodum nonnulla concilia precedentium ſynodorum ſalubres inſtitutiones & declarationes renouare conſueuerũt.

Ita & hec ſancta Synodus neceſſariam illam declarationē de generaliū cōciliorum auctoritate in dicto Conſtantien̄.cōcilio ꝓmulgatam ſub eodē q̄ ſeqtur tenore innouat.Primo ꝙ generalis ſynodus in ſpiritu ſancto legittime cōgregata generale cōcilium faciens eccleſiam catholicā militantē repreſentās poteſtatē a chriſto imediate habet cui quilibet cuiuſcūqꝫ ſtatus uel dignitatis:etiā ſi papalis exiſtat obedire tenet̄ in his que pertinēt ad fidem ad extirpatiōem ſciſmatis:& ad generale reformatiōem eccleſie in capite & in mēbris.Itē declarat ꝙ qcūqꝫ cuiuſcūqꝫ ſtatus uel dignitatis:et ſi papalis exiſtat q̄ mādatis ſtatutis ſiue ordinationibus aut ꝑceptis huius ſancte Synodi:& cuiuſcunqꝫ alterius cōcilii generalis legittime ꝯgregati ſuper ꝑmiſſis ſeu ad ea pertinētibꝰ factis uel faciēdis obedire cōtumaciter cōtēpſerit niſi reſipuerit cōdigne penitētie ſubiciat̄ & debite puniat̄ et ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrēdo.Datū i ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilien̄.ſolēniter celebrata.vi.kl'as Iulii.anno a natiuitate dn̄i.M.cccc.xxxiiii.

¶Seſſio decimanona ſacri cōcilii Baſilien̄.celebrata die martis.vii. Septembris in qua fuerūt pronunciata decreta in materia grecorum necnon iudeorum & neophitorum.

acroſancta generalis Synodus Baſilien̄. in ſpiritu ſancto legittime cōgregata uniuerſalē eccleſiā repreſentans. Ad
s perpetuam rei memoriam. Sicut pia mater pro filiorū ſalute ſemper anxia eſt: nec unquā quieſcit donec ſi qua iter ipſos diſſenſio ſit ſopita fuerit. Sic & multo amplius ſancta mater eccleſia que filios ad perpetuam uitam regenerat omni conatu laborare conſueuit:ut oēs qui chriſtiano noie cenſentur ſublato omni diſſidio eandē fidei unitatē ſine qua ſalua eſſe nō poteſt fraterna charitate cuſtodiant.Quāobrē huius ſancte ſynodi ab initio ſue cōgregationis precipue cura fuit recens illud Bohemorū antiquumqꝫ grecorū diſſidiū prorſus extinguere: & eos nobiſcum in eodē fidei & charitatis uinculo ꝑpetuo copulare. Bohemos igitur uiciniores primo deinde grecos per noſtras litteras & oratores pro ſancta unione faciēda cum omni charitate ad hoc ſacrū cōcilium uocauimus.Et quāuqꝫ bohemorū negociū multi ab initio nō ſolum difficile ſed pene impoſſibile eſtimarent noſtroſqꝫ tanquā ſuperuacuos:& inutiles iudicarēt labores:Attamē dn̄s noſter Ieſus chriſtus cui nihil impoſſibile eſt ſic ſalubriter ipſam rem uſqꝫ ad hanc diem direxit:ut multo amplius hec ipſa bohemorū uocatio eccleſie ſancte profuerit q̄ multi potentiſſimi exercitus qui ſepe Bohemiam armata manu ingreſſi ſunt. Que res eo ampliorem ſpem nobis prebet:ut hanc grecorū unionem cum omni fiducia & conſtātia proſequamur.Quod quidem eo libentius aggredimur quo ipſos ad hanc unionē plurimū affectos cōſpicimus. Vt primum enim ſereniſſimus grecorū imperator:& patriarcha cōſtantinopolitanus per noſtros requiſiti ſunt oratores mox tres inſignes uiros de his qui apud eos magne uident̄ auctoritatis:Quorū primus ipſm imperatorē cōſanguinitate attinet ad hanc ſanctā Synodū deſtinarūt ſufficiēti ipſius imperatoris mādato cū bulla aurea & eius manu ꝓpria ſubſcripta:ac patriarche litteris munitos qui tam in generali cōgregatione quā corā cōmiſſariis noſtris feruentiſſimum Imperatoris & patriarche totiuſqꝫ eccleſie orientalis ad hāc unionē deſyderiū exponētes.Nos mirūmmodum ad tam ſancti operis ꝓſecutionē pulſant ac quotidie excitant.Duo inter alia firmiter cōſtanterqꝫ aſſerētes unionē ipſam niſi i Synodo uniuerſali i qua tam eccleſia occidētalis quā orientalis cōueniat fieri nullatenus poſſe.Et in ea ſynodo ſi fiant ut infra conuentū eſt oino ipſam unionē ſecuturā.His auditis ſumma nobis leticia ac iocūditas nimirū acceſſit. Quid enim eccleſie catholice felicius glorioſiuſqꝫ contingere unq̄ poſſet q̄ ꝙ tot oriētales populi q̄ numero hominū ab his q̄ noſtre fidei ſunt nō multū diſtare uidētur in eadē nobiſcū fidei unitate cōiungant̄.Quid utiliꝰ aut fructuoſius ab exordio naſcētis eccleſie populus chriſtianus uidit uel audiuit q̄ ꝙ tam diuturnum pernicioſumqꝫ ſciſma penitus extirpet̄? Vnde & aliam reipublice deo ꝓpitio utilitatē accreſcere cōfidimus:q̄m ex hac unione cū facta fuerit plurimos ex nephāda Mahumeti ſecta ad fidē catholicā cōuerti ſperādū eſt. Quid igitur pro tam piis ac ſalutaribus rebus per chriſtifideles temptandū faciendūqꝫ non eſſet? Quis catholicus pro tanto nominis chriſtiani & ortodoxe fidei incremento non modo caducā huius mundi ſubſtantiam:ſed & corpus & animā exponere nō deberet? Quo circa oēm cogitatum noſtrum iactantes in deum qui facit mirabilia magna ſolus Venerabiles ſancte romane eccleſie cardinales preſidentes ſedis apoſtolice patriarcham anthiochenū:archiepiſcopos:Epiſcopos:abbates:magiſtroſqꝫ & doctores in numero competēti deputauimus:ut una cum ipſis Grecorum ambaſiatoribus rem iſtam tractare:& quo ordine ad executionem deducēda eſſet:& proſpicere deberent qui tam inter ſe quā cum ipſis oratoribus ſepenumero cōuenientes: habito inter ſe digeſto cōcilio ad infraſcripta cum ipſis deuenerūt capitula:que poſtea ſecundum morem huius ſacri concilii per ſacras deputationes mature deliberata ac deinde per generalem congregationem concluſa firmataqꝫ ſolēniter extiterunt.Quorum tenor una cum mandato ipſius domini Imperatoris ſub bulla aurea ſequitur & eſt talis.

Ambaſiatores ſereniſſimi domini Imperatoris grecorum & domini patriarche conſtantinopolitani uidelicet dn̄s Demetrius ꝓthoueſtiariꝰ paleologus methotides . Venerabilis iſidorus abbas monaſterii ſancti Demetrii:& dominus Iohannes diſſipatus eiuſdē imperatoris

familiaris cōuenientes cū dñis deputatis ſacri cōcilii.Primo expoſuerunt. Quod ſi eccleſie occidētali pla
ceret ut hec ſynodus conſtantinopolim celebraretur eccleſia orientalis ꝓpriis expenſis ibidē cōueniret:nec
oportere ut eccleſia occidētalis prelatis orientalibus aliquas expenſas faceret. Quinimo ipſe dñs Impera
tor in qb⁹ poſſet ꝑlatis latinis cōſtantinopolim uēturis ſubueniret.Sin autē placeret ut ꝑlati eccleſie orien
talis ad terras latinorū pro ꝑdicta Synodo accederēt neceſſariū foret ꝓpter legitimas cauſas ut expēſis
eccleſie occidētalis uenirēt.Et cū dictis dñis deputatis uideretur multis de cauſis hanc unionem poſſe fie
ri cōmodius in hac ciuitate Baſilieñ.ubi actu cōcilium cōgregatum eſt ſepe ac multū apud ipſos oratores
inſteterunt ut hic locus pro hac ſancta unione eligeretur offerētes impenſas ad hoc neceſſarias.Sed ipſis
oratoribus rñdentibus:ꝙ cum inſtructiones limitate de certis locis per ipſos imperatorē & patriarcham
eis date ſint non poſſunt huic locum eligere qui in ipſis inſtructionibus nominatus nō eſſet: dñi deputati
ſacri cōcilii cognoſcētes ſanctā ac ꝑfectam ipſius cōcilii intentionē que eſt pro honore dei & ꝓfectu fidei
catholice & nullis ꝙ parcaſ laboribus & ipenſis iudicarūt nō expedire ut ꝓpter locū dūtaxat tantū bonū
negligeret.Acceptarunt igitur ſi placeat ſacro concilio unum de locis inferius nominādis cum hoc ꝙ ſicut
inferius eſt conuentū mittantur aliqui uel aliqs ad ipſum dñm Imperatorē patriarchā & alios quibus per
ſuadeāt ꝑ efficaces rōnes ut in hac ciuitate Baſilieñ.uelint aſſentire:Loca nomiata ſunt Calabria Aancho
na uel alia terra Maritima Bononia Mediolanum uel alia ciuitas i Italia.Extra italiam buda in Hungaria
Vvyenna in auſtria & ad ultimū Sabaudia.Cōuenerūt tandem dicti dñi deputati cum ipſis dñis ambaſia
toribus in his que ſequūtur:ſi ſacro cōcilio placeant.Primo dicti ambaſiatores ꝓmiſerunt quod ad hmōi
Synodum cōuenient Imperator grecorum & patriarcha cōſtantinopolitanus:& ceteri tres patriarche &
archiep̄i & Ep̄i:& alii eccleſiaſtici q cōmode uenire poterunt.Similiter uenient ab oibus regnis & dñiis q̄
ſubiiciunſ eccleſie grecorū cū plena ptāte & mandato uallato iuramento & aliis clauſulis opportunis tam
ex parte ſecularium dñorum q̄ prelatorū.Item ꝙ mittētur unus uel plures ambaſiatores ex parte ſacri cō
cilii cum octo milibus ducatorū pro faciēda cōgregatione ꝑlatorū eccleſie orientalis ad cōſtantinopolim
que octo milia expedient ab ipſis ambaſiatoribus ſacri cōcilii ꝓut dño Imperatori:& ipſis ambaſiatori
bus ſacri cōcilii uidebit.Ita tamē ꝙ ſi dicti prelati nollēt cōſtantinopolim uenire:uel poſtquā in cōſtantino
polim uenerint nollent ad ſynodum predictam accedere tunc teneaſ dñs Imperator reddere dictis amba
ſiatoribus ſacri cōcilii quicquid pro ea re expenderint.Item ꝙ eccleſia occidētalis ſoluat expēſas quattuor
galearum groſſarum:quarum due ſint de conſtātinopoli:& due aliunde pro ↄducēdo dum tempus erit ad
portum noſtrum & reducēdo Cōſtantinopolim dñm Imperatorē & patriarchas & prelatos eccleſie orien
talis cum ſuis uſqȝ ad numerum ſeptingentarum perſonarum. Quibus ipſa occidētalis eccleſia impenſas
faciet hoc modo.Quia pro expēſis ipſius imperatoris:& ipſarū ſeptingētarū perſonarū a Cōſtantinopoli
uſqȝ ad portum noſtrum ultimū dabit ipſi imperatori quindecim millia ducatorū.A dicto autē ultimo por
tu uſqȝ ad locum dicte Synodi:& deinde quādiu manebūt in ſynodo:& uſqȝ ad reuerſionē ipſorū ad Cō
ſtantinopolim faciet dicto iperatori cū dictis ſeptingēteis perſonis ipenſas honeſtas.Item ꝙ infra decem
menſes incipiēdos a mēſe Nouēbris proxime ſequēti teneaſ ſacrum cōcilium mittere duas galeas groſſas
& duas ſubtiles uerſus Cōſtātinopolim cum trecētis baliſtariis.Super quibus galeis erunt ambaſiatores
ſacri concilii & dñs Demetrius ꝓthoueſtiarius paleologus primus de ipſis ambaſiatoribus domini Impe
ratoris: Qui quidem ambaſiatores ſacri ↄcilii habebūt ſecum quindecim milia ducatorū dando domino
Imperatori pro expēſis ſuis & patriarcharū:& prelatorū ac aliorū uenientium uſqȝ ad numerum ſeptingen
tarum perſonarum faciēdis a Cōſtātinopoli uſqȝ ad portum ultimum ad quē debebūt applicare ut ſupra.
Itē predicti ambaſiatores ſacri cōcilii ituri cū predictis galeis ordinabūt ꝙ decem milia ducatorum erunt
parata ad exponēdum ſi neceſſarium fuerit pro cuſtodia ciuitatis conſtantinopolitane propter periculum
quod poſſet interuenire a turcis ciuitati tempore abſentie dicti Imperatoris que pecunie exponentur
per aliquem a dictis ambaſiatoribus ſacri concilii deputādis prout neceſſitas fuerit.Item ordinabunt pre
dicti ambaſiatores ſacri concilii de expenſis duarum galearum ſubtilium: & trecentorum baliſtariorum
pro cuſtodia ciuitatis conſtantinopolitane tempore abſentie domini imperatoris: & ꝙ gentes dictarum
galearum: & ipſi baliſtarii iurabunt in manibus imperatoris fideliter ſe habere. Et capitanei eorum ſint
quos imperator inſtituerit. Item ꝙ predicti ambaſiatores habeant expenſas duarum galearum groſſa
rum tot quot expendi conſueuerunt in armando tales galeas.Item ꝙ huiuſmodi ambaſiatores ſacri con
cilii ituri cum predictis galeis ad Cōſtantinopolim nominabunt domino Imperatori portum ad quem
ultimo debebit applicare:& locum unum de prenominatis in quo eſſe debeat dicta uniuerſalis Synodus.
Laborabunt tamen cum omni inſtantia ut ciuitas ipſa Baſilieñ.eligatur prout ſperandum eſt.Item ꝙ hoc
ſacrum Baſilieñ.concilium interim ſtabit in Baſilea firmiter nec diſſoluetur legittimo impedimento
ceſſante quo interueniente quod deus auertat pro continuatione ſui iuxta diſpoſitionem capituli Fre
quens: ad aliam ciuitatem ſe transferet. Et in caſu quo dominus Imperator non contentaretur de iſto
loco tunc infra menſem poſtquam prefatus dominus Imperator applicuerit ad dictum portum

ultimū ſacrū cōciliū ſe transferet ad unū de ꝑdictis locis nominatis ꝑ ipſum ſacrū cōciliū ut ſupra dictū eſt eligendū. Itē ꝙ i oēm euentū ꝑdicta oia utrinqꝫ adimpleant. Itē ꝙ ꝑdicta oia fiāt firmiori mō & cū maiori robore & ſecuritate quo fieri poſſunt ꝑ ſacrū cōciliū uidelicet ꝑ decretū & ſub bulla. Itē ꝙ ꝑdictis omnibus cōcluſis & cōcordatis ac ut ꝓmittit̃ firmiter roboratis ſummus pōtifex expreſſum ꝑbeat aſſenſum ꝑ ſuas patētes bullas. Et ꝙ predicta oia & ſingula intelligi debeāt bona fide ſine dolo & fraude & abſqꝫ impedimēto legittimo & manifeſto. Hiis oibus adimpletis dicūt ſupradicti ambaſiatores grecorū & ꝓmittunt ꝙ oino uenièt̄ēt ſi bellū foret & iſtaret ciuitati. Et ob earū oium rerū cōfirmationē tradēt mandatum ꝑfati impatoris ſub bulla aurea ſacro cōcilio: & pro ꝑfato impatore ipſi & alii iurabūt ſcribēdo & ſubſcribendo ꝑꝑ firmā & uerā fidē: Quod fieri debeat cū deo uniuerſalis ſancta Synodus ſi mors impatoris nō interuenerit aut impedimentū aliquod manifeſtū & uerū ꝙ fugi uitariqꝫ nō poſſet. Poſtremo petitū eſt ab ipſis ambaſiatoribus Grecorū ut exponerent quedā noia in eorū inſtructiōibus cōtenta. Et primo quid intelligūt ꝑ uerbū Synodus uniuerſalis. Rñderunt ꝙ papa & patriarche ſint in dicta Synodo ꝑ ſe uel ꝓcuratores ſuos ſimiliter & alii ꝑlati ſint ibidē uere uel repñtatiue promittētes ut ſupra: ꝙ dñs Imperator grecorum & patriarcha conſtantinopolitanus intererunt perſonaliter liberi & inuiolenti: hoc eſt ꝙ unicuiqꝫ liceat libere dicere iudiciū ſuū ſine cuiuſꝗ impedimento uel uiolētia: Sine contentione hoc eſt ſine contentione rixoſa & contumelioſa. Non tamē excludunt̃ diſputatiōes & collocutiōes neceſſarie pacifice honeſte & charitatiue. Apoſtolica & canonica hec nomina quomodo intelligi debeāt: & de modo ꝓcedendi in Synodo remittunt ſe ad ea que ipſa uniuerſalis Synodus declarabit & ordinabit. Item ꝙ imperator Grecorū & eorū eccleſia habeat honores ſuos hoc eſt quos habebat tempore exorti preſentis ſciſmatis ſaluis ſemper iuribus honoribus priuilegiis & dignitatibus ſummi pōtificis & romane eccleſie impatoris romanorum. Et ꝙ ſi qua dubitatio oriatur ſtetur declarationi uniuerſalis concilii preſati.

¶ Sequitur tenor mandati domini Impatoris ſub bulla aurea de greco in latinum tranſlati.

Quoniam miſſi fuerūt ad ſacroſctm ꝯciliū gñale Baſilieñ. nři & impii nři ambaſiatores familiaris nr̃ ꝓthoueſtiari⁹ Demetri⁹ Paleolog⁹ methotides: & honorādiſſim⁹ in ſacris monchis abbas ſacri monaſterii ſancti Demetrii & familiaris nr̃ Iohānes diſſipat⁹: ad ꝯſtiturionē a nob̄ ſolicitati gñalis & icomenici ꝯcilii ꝓ unione ꝑmeditata eccl'iarū xp̄i & dedim⁹ eis ambaſiatoribus ꝑfectam & plenā ptātē & bayliam ſup & i ꝑdictis. Mādat diffinit & ordinat imperiū noſtrū ꝑ pñs criſobulū ſuū ꝙ oia & ſingula illa que ordinauerint promiſerint iurauerint fecerint & conſtituerint per ſcripturā ſiue ſcripturas ſuper ꝑdictis prefati nři ambaſiatores reputent̃ a nr̃o imperio & affirmata ſint tanꝗ ſi a perſona nr̃a preſentialiter facta ordinata ꝯmiſſa & iurata forent. Et ſi contingeret impedimentum aliquod uel mors in aliquo dictorū ambaſiatorū: tunc ꝙ factum eſt & ꝓmiſſum erit per duos ex eis firmū & ualidū ſit tanquā ſi per oēs tres factum foret. Et in robur & firmitatē predictorū iurat Imperium noſtrū per iuramentū debitū & ꝯdecens nobis tanꝗ xp̄iano fideli imperatori: & per orationē & benedictionem ſancti mei imperatoris dñi & patris noſtri felicis memorie: & per animā meam factūqꝫ eſt ꝑſens Criſobulū imperii noſtri. A mūdi creatione. Sexmileſimonōgenteſimoquadrageſimoſecūdo: Et dñi noſtri Ieſu chriſti natiuitate Milleſimo quadringenteſimotrigeſimotertio die. xi. Nouembris Conſtantinopoli in palatio noſtro imperiali: Et ſubſcriptum litteris rubeis manu noſtra propria more imperiali cum pendenti aurea bulla.

¶ Littera dñi Patriarche cōſtantinopolitani de greco in latinum trāſlata ſub bulla plumbea & eſt talis.

Joſeph dei gratia archiep̄us cōſtātinopolitanus noue rome uniuerſalis patriarcha reuerēdiſſimis cardinalibus romane eccleſie: et reuerendis epiſcopis: et omnibus aliis deuotis congregatis in ſynodo Baſilieñ. condignam & condecentem mitto uobis omnibus ea qua teneor charitate & amicitia ſpirituali ſalutem litteras reuerentie ueſtre recepimus per reuerendum Anthonium epiſcopū Sudeñ. & fratrem Albertum de criſpis ſacre theologie magiſtrum oratores ueſtros: ex quibus & etiam relationibus prefatorum bene notauimus optimam diſpoſitionem atqꝫ intentionem deo amabilem quas. v. R. pro tota chriſtianitate gerit & ſpecialiter pro nobis id eſt pro unitate eccleſie ſancte chriſti. Et ſuper hoc letati fuimus maxime: quoniam hortamini nos pro illis pro quibus & uos iam diu hortati ſumus inſtanter eccleſiam romanam. Multotiens enim ſcripſimus & miſimus illud pro unitate predicta ut omnibus patet. T⁊n tis autem legationibus ex parte noſtra factis & tanta ſolicitudine oſtenſa non permiſerūt tamen circūſtantie rerum ut finem acciperet noſtra uoluntas & tractatus. Ad preſens igitur de iſtis iſdem & conſimili & eadem diſpoſitione. v. R. ſcribimus querentes fieri concilium icomēnicum ſub preſentia omnium perſonarum neceſſario debentium adeſſe ſecundum antiquum ordinem & conſuetudinem. Et tale concilium fieri canonicū liberū inuiolatū & ſimpliciter ſcd̄m formas antiquorū icomenicorū ꝯciliorū. Et illud omne quod deo dante in tali cōcilio unanimiter & ꝯcorditer cōcluſum fuerit hoc firmū nēre indubitāter & ſine ꝯtradictione & lite quacūqꝫ: & ꝗ oia dicta fuerint cōceſſa & cōfirmata a ſancta romana eccl'ia ꝑ plures legationes ad eam nři parte factas. Impedita uero fuit iſtorū cōcluſio & effectus ꝓpter tēporales circūſtātias: ut ſupra dictū eſt. Sed qm̄. v. R. in pñti tp̄e tantam promptitudinē ſuper iſtis oſtēdit per legationē ſpecialem

quā fecit pro iſtis:& hortata nos fuit litteris & relatiōibus ſuorū oratorū:ꝓpter hoc & nos mittimus am
baſiatores noſtros familiarē īperii ꝓthoueſtiariū Demetriū paleologum methotidē. Et honorādiſſimum
in ſacris monachis abbatē ſacri monaſterii ſancti Demetrii Iſidorū:&:Iohānem diſſipatum per quos peti
mus & rogamus.v.R.ꝙ ad hoc deo amabile opus unionis conferatis omnem curam & ſolicitudinem ut
fiat & cōcludatur dictum laudabile opus ueſtris ſtudio & diligentia noſtris correſpōdentibus.Cū uero ſint
aliqua neceſſaria:ad hoc & eiꝰ operis executiua cōmiſimus de iſtis ꝑdictis noſtris ambaſiatoribus qui.v.
r.latius & clarius omnia referant & manifeſtent placeatqꝫ.R.v. eiſdem plenam fidem adhibere.Datum
in urbe conſtantinopoli. Milleſimoquadringenteſimotrigeſimotertio die.xv.menſis Octobris.

¶ Sequitur confirmatio ſupradictorum capitulorum.

Supradicta igitur capitula & cōuentiones hec ſancta Synodus auctoritate uniuerſalis eccl'ie
ꝑſenti decreto approbat ratificat & confirmat:ſtatuitqꝫ & decernit & pollicet̄ ea
& eorū quodlibet ſeruare:& incōcuſſa tenere ut premittitur.Que cum ad incrementum fidei ortodoxe uel
litatemqꝫ eccleſie catholice:& totius populi xp̄iani ptineant omnibꝰ chriſti fidē diligētibus grata plurimū
& accepta eſſe debēt.Et qm̄ ut ſcriptū eſt ipſi greci ꝓpter nōnullas cauſas poſtulant ut ſanctiſſimus dn̄s
Eugenius papa quartus dictis capitulis & ↄuentionibus expreſſe ↄſentiat:ne ꝓpter hoc tantū negligatur
bonum:ipſum dn̄m Eugeniū hec ſancta ſynodus cum omni charitate obſecrat & deprecat̄ ac per uiſcera
miſericordie Ieſu xp̄i cum quāta poteſt inſtātia exorat ac requirit:ut in fauorē fidei & eccleſiaſtice unitatis
prefatis capitulis & ↄuentionibus ſynodali decreto approbatis & ratificatis per ſuas litteras more roma-
ne curie bullatas expreſſum aſſenſum prebeat.Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilien̄.ſolē
niter celebrata.vii.Idus Septembris.Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxiiii.

¶ Decretum de iudeis & neophitis in eadem ſeſſione promulgatum.

Saluatoris noſtri Ieſu chriſti ſequens ueſtigia Hec ſancta Synodus illud gerit potiſſime in ui
ſceribus charitatis ut omnes euangelicam ueritatem agnoſcant: & in ea poſtquā
agnouerint fideliter perſeuerent.Proinde ut iudei aliiqꝫ infideles ad orthodoxā cōuertant̄ fidem:quiqꝫ ad
ipſam cōuerſi fuerint in illa conſtanter permaneant his ſalubribus inſtitutis prouidere decernens in primis
ſtatuit ut omnes dyoceſani quoſdā in litteris diuinis bene eruditos aliquot uicibus annuatim deputent in
locis ubi iudei aut alii infideles degunt ad predicādum & explanandum taliter catholice fidei ueritatē: ut
ipſi infideles qui audiunt ualeant ſuos errores recognoſcere:ad quā predicationem ſub penis tam cōmer-
cii per fideles illis interdicēdi quā aliis ad hec opportunis ipſos infideles cuiuſcūqꝫ ſexus in annis diſcre-
tionis ↄſtitutos accedere cōpellant.Ipſi autē dyoceſani ac predicantes ita ſe erga illos ꝓpitios ac charita
te plenos exhibeant ut non ſolum propalatione ueritatis ſed & aliis humanitatis officiis ipſos Chriſto lu
crifaciant.Chriſtianos aūt cuiuſcūqꝫ ſtatus aut dignitatis quomodolibet impediētes ne iudei ad hmōi ꝑ
dicationem ↄueniāt aut arceantur notam fautorie infidelitatis incurre ipſo facto decernit.Vt autē hec pre
dicatio eo ſit fructuoſior quo predicātes habuerit peritiam linguarū oībus modis ſeruari precipimus ↄſtō
nem editam in cōcilio uiennen̄. de duobus docere debētibus in ſtudiis ibidem expreſſis linguas hebraicā
arabicam grecā & caldeā:que ut eſſicatius obſeruetur rectores ipſorum ſtudiorū inter alia que in aſſum-
ptione recboratus iurant hoc etiam addi uolumus operam ſe pro ipſius ↄſtōnis obſeruatione daturos.In
cōciliis etiā illarū ꝓuinciarū in quibus huiuſmodi ſtudia conſtituta ſunt oīno diſponatur: ut hi qui predi-
ctas linguas docturi ſunt ſtipēdia debite percipere ualeant.Inſuper ſacros canones renouantes precipi-
mus tam dyoceſanis q̄ poteſtatibus ſecularibꝰ:ut modis omnibus prohibeant: ne iudei aut alii infideles
chriſtianos aut chriſtianas in familiares ſeu ſeruiētes aut filiorū ſuorum nutrices habeant:ac ne chriſtiani
cum ipſis in eorū feſtiuitatibus nuptiis & cōuiuiis aut balneis ſeu nimia cōuerſatiōe cōicent: Aut medicos
uel matrimoniorū ꝓſonetas ſeu aliorū cōtractū:mediatores de publico conſtitutos aſſumant: nec aliis pu
blicis preponant officiis:aut ad gradus quoſcūqꝫ ſcholaſticos admittant: nec eis locentur predia uel alii
redditus eccleſiaſtici.Prohibeantur etiam libros eccleſiaſticos calices cruces & alia eccleſiarum ornamēta
ſub pena perditiōis rei emere aut pignori ſub pena ammiſſionis pecunie mutuate accipere.Sub grauibus
quoqꝫ penis cogātur aliquē deferre habitum per quem a chriſtianis euidēter diſcerni poſſint.Quorum ut
euitetur nimia cōuerſatio in aliquibus ciuitatum oppidorum locis a chriſtianorū cohabitatiōe ſeparatis ha
bitare compellantur: & ab eccleſiis longius quantum fieri poteſt.Nec diebus dominicis & aliis ſolēnibus
feſtiuitatibus apotecas tenere apertas uel in publico laborare preſumant.

¶ De his qui uolunt ad fidem conuerti.

Siquis eorū ad fidem catholicā conuerti uoluerit bona ſua quecunqꝫ habet mobilia & immobi
lia ei intacta illeſaqꝫ permaneant.Quod ſi huiuſmodi bona ex uſura aut illicito queſtu
fuerint acq̄ſita:ac note ſint ꝑſone q̄bus foret de iure reſtitutio faciēda:qa nō dimittit̄ peccatū niſi reſtitua
tur ablatū illis reſtitui oīno oportet His uero ꝑſonis nō extātibꝰ: qa talia p manꝰ eccl'ie in pios eſſet uſus
conuertenda hec ſancta ſynodus uicem gerens uniuerſalis eccleſie in fauorem concedit ſuſcepti baptiſ-

matis tanq̃ in pium uſum apud ipſos remanere debere ſub pena diuini anathematis tam eccleſiaſticis quã
ſecularibus interdicens ut nullam ſuper his quouis queſito colore moleſtiam inferant aut inferri patiãtur
ſed magnũ ſe feciſſe lucrũ exiſtimẽt:dũ tales xp̃o lucrati fuerint.Et qm̃ ut ſcriptum eſt q habuerit ſubſtã-
tiam mũdi huius & uiderit fratrẽ ſuum neceſſitatẽ habere & clauſerit uiſcera ſua ab eo quõ charitas dei
manet in ipſo.Si ipſi ↄuerſionis tẽpore inopes aut indigẽtes fuerint per uiſcera miſericordie dei noſtri oẽs
tam eccleſiaſticos q̃ ſeculares Hec ſancta ſynodus exhortaꝛ ut ipſis cõuerſis manus porrigant adiutrices.
Ipſi quoqȝ dyoceſani nõ ſolum chriſtianos ad ſubueniẽdum illis exhortenꝛ:Sed tam de redditib⁹ eccleſia
rum prout poterunt q̃ de his que ad pauperũ uſus per ipſos cõuertenda deuoluunꝛ huiuſmodi neophitos
ſuſtẽtare non negligant:Ipſoſqȝ a detractoribus cõtumeliis paterna affectione defendant: Et qm̃ per gra
tiam baptiſmi ciues ſanctorũ & domeſtici dei efficiunꝛ: Longeqȝ dignius ſit regenerari ſpiritu quam naſci
carne Hac edictali lege ſtatuimus ut ciuitatũ & locorũ in quibus ſacro batiſmate regenerantur priuilegiis
libertatibus & immunitatibus gaudeant que rõne dũtaxat natiuitatis & originis alii cõſequunꝛ. Curent in
ſuper ſacerdotes baptizãtes:& hi qui de ſacrofonte ſuſcipiũt tam ante baptiſmũ q̃ poſt illos in articulis fi
dei:ac legis noue p̃ceptis catholiceqȝ eccleſie ritibus diligenter inſtruere:& tam ipſi quã dyoceſani operã
dent:ne cum iudeis ſeu infidelibus ſaltẽ per longũ tẽpus penitus cõuerſentur: Ne ſicut nouiter ↄtingit ab
infirmitate curatis modica occaſio ad priſtinã ꝑditionem recidiuos efficiat:& quoniã experiẽtia teſte mu-
tuam inter ſe neophitorũ cõuerſationẽ ipſos in fide noſtra fragiliores reddere ac ſaluti ipſorũ plurimũ offi
cere cõpertum eſt.Exhortatur hec ſancta ſynodus locorũ ordinarios ut quãtũ ꝓ incremẽto fidei uiderint
expedire curẽt:Et ſtudeãt neophitos ipſos cum originariis xp̃ianis:matrimonio copulare. Probibeanꝛ &
hi neophiti ſub grauibus penis ne mortuos more iudeorũ ſepeliãt:aut ſabbata aliaſqȝ ſolẽnitates:& anti
que ſecte ritus quoquomodo obſeruent.Sed & eccleſias & predicationes noſtras prout alii catholici fre-
quentent:& in oĩbus ſe chriſtianorũ moribus cõformes reddant.Contẽptores aũt predictorũ per ſacerdo
tes in quorũ parrochiis ſiti ſunt:aut alios ad quos de iure uel antiqua cõſuetudine de talib⁹ inquirere ſpe
ctat Ac ẽt per alios quoſcũqȝ dyoceſanis ſeu inquiſitoribus heretice prauitatis deferantur:Et innocato ſi
opus fuerit auxilio brachũ ſecularis p eos taliter puniãtur quod & aliis tranſeat in exemplũ.De his om-
nibus in cõciliis ꝓuincialibus & ſynodalibus diligẽs fiat inquiſitio:& tam circa ep̃os & ſacerdotes in pre
miſſis negligẽtes:q̃ ipſos neophitos & infideles p̃dictorũ cõtemptores opportunũ adhibeaꝛ remdium.Si
quis autẽ cuiuſcũqȝ gradus uel preeminẽtie hmõi Neophitos:ne ad obſeruationẽ ritus chriſtiani ſeu ali
cuius premiſſorũ cõpellanꝛ foueat atqȝ defendat penas contra fautores hereticorũ ꝓmulgatas ipſo facto
incurrat Neophiti uero ſi ſe corrigere poſt canonicã monitionẽ neglexerint quin ad uomitũ iudaizãtes re
dire compti ſint cõtra eos tanq̃ ꝑfidos hereticos ſecũdum ſacrorũ canonũ inſtituta ꝓcedaꝛ.Si qua uero ip
ſis iudeis uel infidelibus indulta ſeu priuilegia per quoſcũqȝ eccleſiaſticos ſeu ſeculares cuiuſcunqȝ ſtatus
ſeu dignitatis:etiam ſi papalis uel imperialis exiſtat cõceſſa iam ſint uel in futurũ concedi cõtingat uergẽtia
quoquomõ in detrimẽtũ catholice fidei aut nõis chriſtiani ſeu quorũcũqȝ p̃miſſorũ: hec ſancta Synodus
caſſa & irrita eſſe decernit Decretis & cõſtitutionibus apoſtolicis:ac Synodalibus q̃ ſuper premiſſis ſunt
cõdita in ſuo robore duraturis.Et ut hmõi ſancte cõſtitutiõis iugis memoria habeatur:Et ne quiſquã ipſi
us ignorãtiam pretẽdere poſſit Iubet hec ſancta Synodus ut p ſingulas cathedrales & collegiatas eccle-
ſias:aliaqȝ pia loca i qb⁹ uberior eſt fidelium cõcurſus ſemel in anno ad minus infra diuina premulgetur.
Datum in ſeſſione publica ipſius ſancti Synodi in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolẽniter celebrata .vii. Idus
Septembris.Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxiiii.

¶Decretum de concubinariis in ſeſſione uigeſima promulgatum.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſp̃ũſancto legittime con-
gregata uniuerſalẽ eccleſiã repreſentans ad per
petuam rei memoriam.Quicũqȝ clericus cuiuſcũqȝ ſtatus ↄditionis religionis dignitatis:
etiam ſi põtificalis uel alterius preeminẽtie exiſtat:qui poſt hui⁹ cõſtitutionis noticiã quã
habere p̃ſumatur p duos mẽſes poſt publicatiõem eiuſdẽ in eccleſiis cathedralibus quã
ipſi dyoceſani oĩno facere teneanꝛ:Poſtquã eadẽ ↄſtõ ad eorum noticiam ꝑuenerit fuerit
publicus cõcubinarius a ꝑceptione fructuũ omniũ ſuorũ beneficiorũ trium menſium ſpacio ſit ipſo facto
ſuſpenſus:quos ſuus ſuperior in fabricam uel aliam euidẽtẽ eccleſiarum utilitatem ex quibus hi fructus
percipiuntur cõuertat:necnõ & hmõi publicum cõcubinariũ ut primũ eſſe talẽ innotuerit:mox ſuus ſupe-
rior mõere teneaꝛ:ut infra breuiſſimũ terminũ ↄcubinã dimittat.Quã ſi nõ dimiſerit uel dimiſſam:aut aliã
publice reſumpſerit Iubet hec ſctã Synodus:ut ip̃m ſuis oĩbus bñficiis oĩno priuet: Et nihilomin⁹ hi pu
blici cõcubinarii uſqȝquo cũ eis p ſuos ſupiores poſt ipſarũ cõcubinarũ dimiſſionẽ manifeſtãqȝ uite emen
dationẽ fuerit diſpẽſatũ:ad ſuſceptionẽ quorũcunqȝ honorũ dignitatũ bñficiorũ uel officiorũ ſint inhabi-
les:Qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo uomitu ad huiuſmodi concubinatum publicum redierint ſine ſpe
alicuius diſpenſatiõis ad predicta prorſus inhabiles exiſtant. Quod ſi hii ad quos taliũ correctio pertinet

eos ut p̄dictum eſt punire neglexerint eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu: q̄ in illos pro cõcubinatu modis oībus digna punitione animaduertant. In conciliis ēt prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligẽtes uel de hoc crimine diffamatos ēt per ſuſpenſionẽ a collatione beneficiorum uel alia cõdigna pena ſeueriter procedatur. Et ſi hii quorũ deſtitutio ad ſũmum pontificem ſpectat per cõcilia prouintialia aut ſuos ſuperiores ꝓpter publicum cõcubinatũ reperiantur priuatione digni ſtatim cũ proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo pontifici deferant. Eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcũq; capitulis generalibus & ꝓuincialibus quo ad ſuos ſeruetur penis aliis cõtra predictos & alios nõ publicos cõcubinarios ſtatutis in ſuo robore permãſuris. Publici aũt intelligendi ſunt nõſolum hii quorũ concubinatus per ſniam aut cõfeſſionem in iure factam ſeu per rei euidentiam que nulla poſſit tergiuerſatione celari notorius eſt: ſed qui mulierẽ de incontinentia ſuſpectã & infamatam tenet & p ſuũ ſuperiorẽ admonitus ipſam cũ effectu nõ dimittit. Quia uero in quibuſdã regionib⁹ nõnulli iuriſdictionẽ eccleſiaſticam habẽtes pecuniarios queſtus a cõcubinariis pcipere nõ erubeſcũt patiẽdo eos in tali feditate ſordeſcere ſub pena maledictiõis eterne precipit ne deinceps ſub pacto cõpoſitione aut ſpe alicuius queſtus talia quouiſmodo tolerent aut diſſimulẽt: alioquin ultra p̄miſſam negligentie penã duplum eius quod ꝓpterea acceperint reſtituere ad pios uſus oĩno teneantur & cõpellantur. Ipſas aũt cõcubinas ſeu mulieres ſuſpectas p̄lati modis omnibus curent a ſuis ſubditis ēt per brachii ſecularis auxilium ſi opus fuerit penitus arcere: qui ēt ex tali concubinatu ꝓcreatos filios apud patres ſuos cohabitare nõ permittant. Iubet inſuper hec ſancta Synodus ut ēt in predictis Synodis & capitulis hec ꝯſtõ publicẽt & q̄libet ſuos ſubditos ad ipſarũ cõcubinarũ dimiſſionem moneat diligẽter. Iniungit preterea oĩbus ſecularib⁹ uiris etiam ſi regali prefulgeãt dignitate ne ullũ qualecũq; inferãt impedimentũ quocunq; queſito colore p̄latis qui ratiõe officii ſui aduerſus ſuos ſubditos p hmõi cõcubinatu ꝓcedunt. Et cũ omne fornicationis crimẽ lege diuina ꝓhibitum ſit: & ſub peccati mortalis pena neceſſario euitãdum: monet omnes laycos tam uxoratos q̄ ſolutos: ut ſimiliter a concubinatu abſtineant. Nimis enim reprehenſibilis eſt ſi qui uxorem habet ad alienam mulierẽ accedit. Qui uero ſolutus eſt ſi cõtinere nolit iuxta apoſtoli cõſilium uxorẽ ducat: pro huius aũt diuini obſeruatione precepti hii ad quos pertinet tam ſalutaribus monitis quã aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

¶ De excõicatis certo modo non uitandis.

Ad vitandum ſcãdala & multa pericula ſubueniẽdũq; ꝯſcientiis timoratis ſtatuit ēt ꝙ nemo deinceps a cõmunione alicuius in ſacramẽtorũ adminiſtratione uel receptione aut aliis qbuſcunq; diuinis uel extra p̄textu cuiuſcũq; ſnie aut cẽſure eccleſiaſtice ſeu ſuſpẽſiõis aut ꝓhibitiõis ab hoĩe uel a iure generaliter ꝓmulgate teneat abſtinere uel aliquẽ uitare aut interdictũ eccleſiaſticũ obſeruare niſi ſn̄a ꝓhibitio ſuſpenſio uel cenſura huiuſmodi fuerint in uel cõtra perſonam collegiũ uniuerſitatem eccleſiam aut locum certum uel certam a iudice publicata: uel denũciata ſpãliter & expſſe: aut ſi aliquẽ ita notorie excõicationis ſniam ꝯſtiterit incidiſſe ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari aut aliquo iuris ſuffragio excuſari. Nam a cõione illius abſtineri uult iuxta canonicas ſanctiões p hoc tñ hmõi excõicatos ſuſpenſos interdictos ſeu ꝓhibitos nõ intendit in aliquo releuare nec eis quomodolibet ſuffragari.

¶ De interdictis non leuiter ponendis.

Quoniam ex indiſcreta interdictorũ ꝓmulgatiõe multa cõſueuerũt ſcandala euenire ſtatuit hec ſancta Synodus ꝙ nulla ciuitas oppidũ caſtrũ uilla aut locus eccleſiaſtico ſupponi poſſint interdicto niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorũ locorũ ſeu domini ſeu rectoris uel officialiũ ꝓpter culpã aũt ſeu cauſam alterius cuiuſcũq; priuate pſone huiuſmodi loca nequaq̃ interdici poſſint auctoritate quecũq; ordinaria uel delegata: niſi talis pſona prius fuerit excõicata ac denunciata ſeu in eccleſia publicata: ac dñi ſeu rectores uel officiales ipſorũ locorum auctoritate iudicis requiſiti hmõi perſonam excõicatam infra biduum inde cũ effectu nõ eiecerint aut ad ſatiſfaciendum cõpulerint: qua etiã poſt biduum eiecta recedẽte uel ſatiſfaciẽte mox diuina reſumi poſſint: quod etiam impendẽtibus locum habeat.

¶ Cõtra friuole appellantes.

Vt lites citi⁹ terminent ſup eodẽ grauamine aut ſup eodẽ iterlocutoria uim diffinitiue nõ habẽte nullaten⁹ liceat ſecũdo appellare: Quodq; ante diffinitiuã friuole uel iniuſte appellãs ultra cõdẽnationẽ expẽſarũ dãnorũ: & intereſſe in q̃decim florenis auri de camera parti appellate p appellatõis Iudicẽ cõdẽnet. Datũ in ſeſſiõe publica in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebrata. xi. Kal. Februarii. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxv.

¶ Requiſitio.

Lectis & ꝓnunciatis ſupraſcriptis decretis de mandato ſacri concilii per reuerendũ patrem dñm epm lectoreñ. inclyte nationis gallicane ipſe reuerendus pater dñs lectoreñ. epus requiſiuit oẽs dños archiepos: & epos in concilio & ſeſſione predicta pñtes: ut p̄dicta decreta: preſertim de cõcubinariis mittãt ad eccleſias ſuas & faciant ſolenniter publicari. Item ꝙ archiepiſcopi hic exiſtentes mittant ſuffraganeis ſuis abſentibus ꝙ ſpecialiter publicent. Item prelati qui ſunt ex parte alicuius regni intimẽt prelatis abſentibus. Itẽ ꝙ ꝓcuratores archiepiſcoporum & epiſcoporum intiment iſta ſuis dominis

Seſſio uigeſimaprima de annatis.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpirituſancto legittime cõgregata uniuerſalẽ eccleſiã repreſentans: ad perpetuam rei memoriam In noĩe ſpirituſſancti paracliti ſtatuit hec ſancta Synodus ꝙ tam in curia romana q̃ alibi pro ſeu in cõfirmatione electionũ admiſſione poſtulationum preſentatione ꝓuiſione collatione diſpoſitione electione poſtulatione preſentatione: ẽt a laycis faciẽda inſtitutiõe inſtallatione: & inueſtitura de eccleſiis etiã cathedralibus metropolitanis monaſteriis dignitatibꝰ bñficiis officiiſq; eccleſiaſticis quibuſcũq; nec nõ ordinibus ſacra & bñdictione ac pallio decetero nihil penitus ante uel poſt exigatur rõne litterarum Bulle Sigilli ãnatarũ cõmuniũ & minutorum ſeruitiorũ primorũ fructuũ deportuũ: aut ſub quocũq; alio titulo colore uel noĩe pretextu cuiuſuis ꝯſuetudinis priuilegii uel ſtatuti aut alia quauis cauſa uel occaſiõe directe uel indirecte ſolũ ſcriptoribus abbreuiatoribuſq; & regiſtratoribꝰ lrãrũ ſeu minitarũ pro ipſorũ labore cõpetenti ſalario ſoluendo. Huic autẽ ſacro canoni ſi q̃s exigẽdo dãdo uel ꝓmittẽdo cõtrarie p̃ſumpſerit penã incurrat aduerſus ſymoniacos inflictam: & in ipſis dignitatibꝰ ac bñficiis taliter obtẽtis nullũ ius ac titulũ acq̃rat. Obligatiões quoq; ꝓmiſſiones cẽſure ac mãdata: & q̄quid huius ſaluberrimi decreti in p̃iudiciũ fieri cõtinget nullas obtinere uires atq; irrita cẽſeãtur. Et ſi ꝙ abſit Romanꝰ põtifex: qui p̃ ceteris uniuerſalium ꝯciliorum exequi & cuſtodire canones debet: aduerſus hãc ſanctionẽ aliquid faciẽdo eccleſiam ſcãdalizet generali ꝯcilio deferaẽ. Ceteri uero pro modo culpe iuxta canonicas ſanctiones p̃ ſuos ſupiores digna ulticne puniãtur.

¶ De pacificis poſſeſſoribus.

Quicunq; nõ uiolẽtus ſed habẽs coloratum titulum pacifice & ſine lite p̃laturam dignitatẽ bñficium uel officiũ triẽnio ꝓximo hactenus poſſedit uel in futurũ poſſidebit: nõ poſſit poſtea in petitorio uel poſſeſſorio: a quoquã etiã rõne iuris nouiter ĩpetrati moleſtari: excepto hoſtilitatis caſu uel alterꝰ legittimi ĩpedimẽti de quo ꝓteſtari: & illud iuxta ꝯciliũ uienneñ. intimare teneaẽ. Lis aũt hoc caſu quo ad futuras cõtrouerſias intelligatur ſi ad executionẽ citatiõis iuriſq; ſui i iudicio exhibitionem: ac terminorũ omniũ obſeruatiõem ꝓceſſum fuerit. Ordinarii autem diligẽter inquirãt ne quis ſine titulo beneficiũ poſſideat: Quod ſi talem q̄ncunq; reppererint declarent ius illi non competere uel huic ſi ſibi uidetur niſi ſit intruſus ſeu uiolentus aut alias indignus uel alteri idoneo prouideant.

Quomodo diuinum officium in eccleſia ſit celebrandum.

Siquis principẽ ſeculi rogaturꝰ habitu honeſto geſtu decenti ꝓlatione nõ precipiti: ſed diſtincta attẽta quoq; mẽte ſeipſum ac uerba ſtudet cõponere: quãto diligẽtiꝰ ĩ ſacro loco oĩpotẽtem exoraturus deũ hec oĩno facere curare debet? Statuit igitur ſancta Synodus ut in cũctis cathedralibus ac collegiatis eccleſiis horas debitis ſignis cõgrua pulſatiõe p̃miſſis laudes diuine per ſingulas horas nõ curſim ac feſtinãter ſed aſiatim: ac tractim & cũ pauſa decẽti: p̃ſertim in medio cuiuſlibet uerſiculi pſalmorũ debitã faciẽdo inter ſolẽne ac feriale officium dñiam reuerenter ab oĩbus perſoluantur. Horas canonicas dicturi cũ tunica talari: ac ſuppelliciis mundis ultra medias tibias longis: uel cappis iuxta tẽporũ ac regionũ diuerſitates eccleſias ingrediant: nõ caputia ſed almucias uel birreta tenẽtes in capite: qui cum in choro fuerint grauitatẽ ſeruẽt: quã & locus & officiũ exigũt nõ inſimul aut cũ aliis cõfabulantes ſeu colloquẽtes: aut litteras ſeu ſcripturas alias legẽtes. Et cũ pſallẽdi gratia ibidẽ cõueniunt iuncta ac clauſa labia tenere nõ debent: ſed oẽs p̃ſertim qui maiori funguñ honore in pſalmis hymnis & canticis deo alacriter modulentur. Cũ dicit Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto oẽs ꝯſurgãt. Cũ nominatur glorioſum illud nomen Ieſus in quo omne genu flectitur celeſtiũ terreſtriũ & infernorũ omnes caput inclinẽt. Nemo ibidem dum hore in cõmuni publice cantantur legat uel dicat priuatim officium. Nã nõ ſolum obſequium quo obnoxius eſt choro ſubtrahit ſed alios pſallẽtes perturbat. Super his debite obſeruãdis aliiſq; ad diuini officii ꝓſecutionẽ & chori diſciplinã ſpectãtibus decanus uel cui onus incũbit diligẽter inuigilet hincinde ne quid inordinate fiat circũſpiciens. Horum autẽ tranſgreſſores illius hore in qua circa predicta exceſſerint uel alia maiori prout trãſgreſſionis grauitas exigit plectentur pena.

¶ Quo tempore quilibet debet eſſe in choro.

Qui in matutinis ante finẽ pſalmi Venite exultemꝰ: in aliis horis ante finẽ primi pſalmi: in miſſa ante ultimũ kyrieleyſon uſq; ad finẽ diuino officio nõ interfuerit niſi forte neceſſitate cogẽte ac petita & obtẽta a p̃ſidẽte chori licẽtia diſcedere oporteat pro illa hora abſens cẽſeatur ſaluis eccleſiarũ cõſuetudinibus ſi que forte circa hoc artiores exiſtãt. Idem i hiis obſeruet q a principio uſq; in finẽ in ꝓceſſionibus non ꝑmanſerint: p̃ cuiꝰ executiõe deputeẽ aliquis onus habẽs notãdi pſonas ſingulas ſtatuto tp̃e nõ cõuenientes iuramẽto aſtrictus agere fideliter & nulli parcere. Iubet ẽt hec ſctã Synodus quod i aliis eccleſiis in quibus ſingulis horis certe diſtributiões ſtatute nõ ſunt oĩno etiã de groſſis fructibus ſi opus ſit de ꝑtineãt: ut iuxta menſurã laboris plus minꝰ ue q̃ſq; capiat emolumẽti tollẽs prorſus abuſum illũ quo i una dũtaxat hora preſens totius diei diſtributiões uſurpat: & illum quo p̃poſiti uel decani aut alii officiales ex-

hoc ſolū ꝙ officiales ſunt lꝫ actualiter pro utilitate eccleſie nō abſint quotidianas diſtributiōes pcipiunt.

¶Qualiter hore canonice extra chorum dicende ſunt.

Quoſcūqꝫ ēt alibi bñficiatos ſeu i ſacris ꝯſtitutos cū ad horas canōicas teneanť: admonet hec ſctā Synodus ſi orationes deo acceptas fore cupiūt ut nō in gutture uel inter dētes ſeu deglutiēdo aut ſincopādo dictiōes nec colloquia uel riſus intermiſcēdo ſed ſiue ſoli ſiue aſſociati diur nū nocturnūqꝫ officiū reuerēter uerbiſqꝫ diſtinctis pagāt:ac tali in loco uñ a deuotione nō retrahanť ad q̄ ſe diſponere & ꝑparare debēt Iuxta id qđ ſcriptū eſt añ orationē ꝑpara aiam tuā ne ſis q̄ſi q tēptat deū.

¶De his qui tempore diuinorum uagantur per eccleſiam.

Quicūqꝫ in eccleſia beneficiatus ꝑſertim de maioribus diuinorum tpe per eccleſiam uel foris cir ca ipſam de ambulando aut cum aliis colloquendo uagari uiſus fuerit non ſolum illius hore:ſed totius diei preſentiam ipſo facto āmittat.Qui ſi ſemel correctus non deſtiterit per menſem diſtri butionib⁹ careat:uel grauiori ſi pertinacia exegerit pena ſubiaceat ita ut tandem deſiſtere cogatur:prohi beatur etiam ne diuina officia tumultuoſi quorūcūqꝫ per eccleſiam diſcurſus ipediant aut perturbent:re gulares qui in ꝯuentualibus eccleſiis circa predicta exceſſerint graui pena ſuperiorum arbitrio caſtigenť.

¶De tabula pendente in choro.

Vt cuncta in domo dei ordinate procedant; & quilibet ſciat quid ſibi agendum īminet ſtatuať tabella aliqua continue pendens in choro:in qua quid per unūquēqꝫ ex canonicis uel aliis beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam aut maius tempus legendum cantandum ue ſit.Qui añt ſecundum ꝙ ibi deſcriptus fuerit facere per ſe uel alium neglexerit pro qualibet hora diſtributiones unius diei āmittat.

¶De hiis q i miſſa nō cōplent credo uel cantāt cātilenas uel nimis baſſe miſſam legūt aut ſine miniſtro.

Abuſum aliquarū eccleſiarū in qb⁹ credo ī unū deū ꝙ eſt ſymbolū & cōfeſſio fidei nře:nō cōplete uſqꝫ ad finē cantať:aut ꝑfacio ſeu oratio dñica obmittiť:uel i eccleſiis cātilene ſeculares uoce admiſcenť ſeu miſſa ēt priuata ſine miniſtro:aut ꝑter ſecretas oratiōes ita ſubmiſſa uoce dť ꝙ a circū ſtantib⁹ audiri nō pōt abolētes ſtatuim⁹ ut q i hiis trāſgreſſor inuētus fuerit a ſuo ſupiori debite caſtigeť.

¶De pignorantibus cultum diuinum.

Abuſum ēt illū cultui diuino manifeſte derogantem quo nonnulli eccleſiarū canonici ꝯtrahentes debita ſic ſe creditoribus obligant:ut niſi ſtatuto tpe ſatiſfaciant a diuinis ceſſetur offi ciis abolētes:& obligatiōem huiuſmodi etiam ſi iureiurādo firmata ſit irritam decernētes Statuimus ut q talem illicitum contractum fecerint trium menſium fructus ipſi eccleſie applicandos ipſo facto amittāt: Et quādiu diuina non reſumpſerint nullos ex ipſa eccleſia prouentus percipiant.

¶De tenentibus capitula tempore miſſe.

Prohibet hec ſancta Synodus ut tempore miſſe maioris preſertim diebus ſolēnibus capitula ſeu actus capitulares aut alii tractatus per canonicos nō celebrentur: Niſi forte ur gens & euidens ingruerit neceſſitas.Qui uero ad talem horam capitulū indixerit a diſtributionibus quo tidianis per hebdomadam ſit ſuſpēſus:neqꝫ ipſi canonici pro illa hora ipſas diſtributiones lucrentur.

¶De ſpectaculis in eccleſia non faciendis.

Turpem etiam illum abuſum in quibuſdā frequentatum eccleſiis quo certis annis celebritatibus nōnulli cū mitra baculo ac ueſtib⁹ pōtificalib⁹more eꝑorum benedicunt:alii ut reges ac duces induti quod feſtū fatuorum uel innocētum ſeu puerorū i quibuſdā regionibus nūcupatur:alii larua les ac theatrales iocos:alii choreas & tripudia marium ac mulierū facientes hoies ad ſpectacula & cachi nationes mouent:alii comeſſationes & cōuiuia ibidē preparant:hec ſctā Synodus deteſtans ſtatuit & iu bet tam ordinariis q̄ eccleſiarū Decanis:& rectoribus ſub pena ſuſpenſionis oium ꝓuentuum eccleſiaſti corum trium mēſium ſpacio:ne hec aut ſimilia ludibria:nec ēt mercantias ſeu negociationes nundinarū in eccleſia que domus orationis eſſe debet:ac ēt cimiterio exerceri amplius permittant. Tranſgreſſoreſqꝫ ꝑ cenſuram eccleſiaſticam aliaqꝫ iuris remedia punire nō negligant. Oēs añt cōſuetudines ſtatuta ac priuile gia que hiis non cōcordant circa hec decretas niſi forte maiores adiicerent penas irritas eſſe hec ſancta Synodus decernit.Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolēniter celebrata die Iouis no na menſis Iunii Anno domini Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoquinto.

¶Seſſio uigeſimaſecunda de cōdemnatione libelli.

Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſpirituſancto legitime cō gregata uniuerſalē eccleſiam repreſentans ad ꝑ
a petuam rei memoriam. Cum inter cetera pietatis opera ad cōſeruandā fidei catholice ue ritatē extirpandoſqꝫ errores & hereſes:hec ſancta Synodus potiſſime conuenerit noſtra ſolicitudinis precipuū ſtudium eſt illico ut pullulare aliquid nouerimus quod fidei chriſtia ne puritatem offendere & ſplēdorem luminis in mētibus fidelium quolibet obnubilare poſſit penitus reſcindere:agrumqꝫ dñicum a noxiis zizaniis & uepribus cum omni diligētia expurgare.

Proinde quẽdam libellum editum a magiſtro Auguſtino uulgariter dicto de roma archiepõ Nazareno. Cuius primus tractatus de ſacramento unitatis chriſti & eccleſie ſiue de xp̃o integro intitulatur. Secũdus de xp̃o capite & ei⁹ inclyto principatu. Alius de charitate chriſti circa electos & ei⁹ infinito amore tanq̃ nõ ſanam & erroneã in fide doctrinã cõtinentem cũ ſuis defenſoriis dãnat & reprobat. Et potiſſime ſcandaloſam illã aſſertiõem erroneã in fide in ipſo libello cõtentam: quã pie fidelium aures ſine horrore audire non poſſunt uidelʒ xp̃s quotidie peccat: & exquo fuit chriſtus quotidie peccauit: q̃uis de capite eccleſie xp̃o Ieſu ſaluatore noſtro dicat ſe nõ intelligere ſed ad mẽbra ſua que cũ xp̃o capite unũ eẽ xp̃m aſſerunt intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Necnõ & ꝓpoſitiones iſtas & eis in ſnia ſimiles quas i articulos dãnatos i ſacro Cõſtantieñ. cõcilio incidere declarat uidelicet nõ oẽs fideles iuſtificati ſunt mẽbra chriſti: ſed ſoli electi finaliter in ꝑpetuũ regnaturi cũ xp̃o. Secũdum ineſtabilẽ ꝑſcientiã dei ſummunẽ mẽbra chriſti: ex quib⁹ cõſtat eccleſia que tamẽ nõ cõſtat niſi ex eis qui ſecũdum ꝓpoſitũ electiõis uocati ſunt: nõ ſufficit chriſto uniri uinculo charitatis ut aliqui efficiãtur mẽbra xp̃i. Sed requirit alia unio: has ẽt que ſequũtur. Humana natura in chriſto uere eſt chriſtus: humana natura in chriſto eſt pſona xp̃i. Ratio ſuppoſitalis determinans humanã naturã in chriſto nõ realiter diſtinguit ab ipſa natura determinata. Natura humana in chriſto procul dubio eſt perſona uerbi: & uerbum in chriſto natura aſſumpta eſt realiter perſona aſſumens. Natura humana aſſumpta a uerbo ex unione perſonali eſt ueraciter deus naturalis & proprius chriſtus ſecundum uoluntatem creatam tantum diligit naturam humanam unitam perſone uerbi quãtum diligit naturam diuinam. Sicut due perſone in diuinis ſunt equaliter diligibiles. Ita due nature in chriſto humana & diuina ſunt equaliter diligibiles propter perſonam cõmunem. Anima chriſti uidet deum tam clare & intenſe quãtum clare & intenſe deus uidet ſeipſum. Quaſquidem ꝓpoſitiones & alias ex eadẽ radice ꝓcedentes: in p̃dicto libro cõtentas tanquã erroneas in fide dãnat: & reprobat hec ſancta ſynodus. Ne igitur per huiuſmodi doctrinã in errorẽ quẽpiã fideliũ ꝓlabi cõtingat diſtricte precipit. Ne quiſquã p̃fati libelli doctrinã: & p̃ſertim ſupraſcriptas ꝓpoſitiones ut p̃mittitur dãnatas & reprobatas: ac etiã eius tractatus defenſorios docere p̃dicare defendere aut approbare p̃ſumat. Eos autẽ qui ſecus egerint tanq̃ hereticos: & alias animaduerſione canonica puniẽdos decernit. In nullo autẽ ꝑ hec derogare intẽdit: dictis aut ſcriptis ſanctorũ doctorũ in p̃nominatis materiis loquentiũ quinimo: ea recipit & amplectit̃ iuxta cõiũ uerã intelligẽtiam per eos aut alios catholicos doctores i theologica ſcola cõiter expoſitam & declaratã. Nec per hanc ſniam perſone p̃fati auctoris p̃iudicare intẽdit hec eadẽ ſancta Synodus. Quia ſi debite uocatus fuerit cauſas tamen abſentie allegauit: & in aliquib⁹ ſuis ſcriptis: & alias doctrinã ſuã determinationi eccleſie ſubmiſit. Ceterũ hec ſctã Synodus mãdat & p̃cipit oibus archiepis Epis cancellariis uniuerſitatũ & inquiſitorib⁹ heretice prauitatis: ad quorũ ſpectat officiũ: quaten⁹ diligẽtiam ſolertẽ adhibeãt: & ꝓuideãt: ne aliq̃ dictos librũ & libellos defenſorios hẽant aut p̃ſumãt penes ſe ↄſeruare aut tenere: imo ipſi os p̃dictis aſſignare habeãt ut de illis faciãt ꝓut iura diſponũt: al's cõtra tales canõica aiaduerſione ꝓcedat̃. Datũ in ſeſſiõe publica i eccl'ia maiori Baſilieñ. ſolẽniter celebrata Idus Octobris. Anno a natiuitate dñi. M.cccc.xxxv.

¶ Seſſio uigeſimatertia de electione ſummi pontificis.

acroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cõgregata uniuerſalẽ eccleſiã repreſentas. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniã ſalus populi paſtor bonus merito hanc ſanctã ſynodum quantũ pro humane legis fieri poteſt induſtria niti decet: ut Romanus põtifex qui gregis dñici primus & ſũmus eſt paſtor talis fiat taliſq; perſeueret: qui cunctarũ animarũ ſaluti ac totius chriſtiani orbis utilitati ꝓuideat: & tanto offĩõ digne ſatiſfaciat proinde ↄſtitutiões tã ſacrorũ cõciliorum q̃ ſummorũ pontificũ: ſuper romani electione põtificis editas innouans hec ſctã ſynodus & eis quedã ſalubria adiciẽs ſtatuit ut quotienſcũq; ſedẽ apoſtolicã uacare cõtigerit ſancte romane eccleſie cardinales p̃ſentes in loco quo ſummi põtificis electio celebranda eſt decima die poſtquã ſedes uacauerit oẽs in capellã aliquã uel locũ prope cõclaue ↄueniant. Inde p̃cedente cruce bini cum deuotione cantãdo. Veni creator ſpirit⁹. Incedẽtes locũ cõclauis ingrediant̃: Quo nõ niſi duos familiares neceſſarios quilibet introducat. Cerimoniarũ autẽ gratia duo clerici quorũ ſaltẽ unus ſit notarius etiã admitti poſſint. Camerarius uero cũ his q̃bus ↄclauis cuſtodia cõmiſſa fuerit curet ne quis preter p̃dictos cõclaue ingrediat̃. Ipſe autẽ poſt igreſſum cardinaliũ clauſis foribus cũ deputatis intret & ſingulorũ cardinalium cellas diligẽter ꝑquirat. Exceptiſq; infirmorũ aut debiliũ medicinalibus ſi qua ibidẽ uictualia uel ↄfectiones reperiant̃ ãmoueat. Exiens inde claudenſq; ↄclauis oſtium cuſtodiã ſolicite obſeruet: ac ſingulis diebus cibaria que cardinalib⁹ deferũtur accurate perquirat: nec introferri ꝑmittat niſi q̃ ꝓ moderata refectione neceſſariũ uideatur decretis huius ſacri cõcilii quæ ꝓmulgantur in quarta & ſeptima ſeſſionibus in ſuo robore firmiter permanſuris. Sequenti die cardinales oẽs coram his qui in conclaui fuerint audita miſſa de ſancto ſpũ ſacrã ſumãt Euchariſtiã. Et anteq̃ ſcrutiniũ incohent: ante poſitis ſctis euãgeliis iurent ſup hac forma. Ego. N. cardinalis iuro & ꝓmitto omnipotenti deo patri & filio & ſpiritui ſancto: ac beato Petro

apoſtolorū principi cū eligere in pontificē quē credā eccleſie uli in ſpūalibus & tpalibus utilē & tāte digni
tati idoneū:nec illi uocem dare quē ueriſimiliter ſciuero ꝓmiſſione aut datione alicuius rei tēporalis ſeu
ꝓce ꝑ ſe uel aliū interpoſita aut alias qualitercūqꝫ directe uel idirecte pro ſe electionē procurare. Electo
qꝫ in pontificē nō prius obedientiam facere quā iuret iuxta formā decreti ſacri Baſilieñ.cōcilii ita me deus
adiuuet cui in die tremēdi iudicii redditurus ſum de hoc iuramēto:& cunctis operibus meis rationē poſt
hec quilibet eorū cedulā dabit:in qua ultra tres nō nominet inter quos ſi ultra unum nominauerit:aliquis
ſit extra cardinaliū collegiū neqꝫ una die niſi unū fiat ſcrutiniū & imediate poſt miſſā. Lectis cedulis niſi
duarū partiū in unum uota ɔcurrant mox cōburantur.Ante autē ſex cōpleta ſcrutinia acceſſus ad quēquā
fieri non poſſit.Recogitēt eo tpe cardinales:& attēta mēte ɔſiderēt quātum ſibiipſis meritū uel demeritū
quātūqꝫ populo chriſtiano fructū uel preiudiciū bonum uel malum eligēdo pōtificem facturi ſunt.In nul
la ꝑfectore magis dñi noſtri Ieſu xp̄i gratiam uel iram aſſequi poſſint:quā cum de uicario eius ſuis prefi
ciendo ouibus agitur quas ita dilexit ut pro ipſis & mori & crucis tormentum pati dignatus fuerit.

¶De profeſſione eiuſdem ſummi pontificis.

Statuit ſctā ſynodus ut electus in papā electiōi de ſe facte ꝑ iſraſcripti modi exꝓſſionē ɔſentire
teneat.Quā exꝓſſionē ſi pñs i curia ꝑ cardinales uel extra ꝑ eorū aliquē uel aliū ab ipſis
ad hoc habentē mandatum.In ꝑſentia notarii & decem ſaltē pſonarū ꝑſentata ſibi electione requiſitus in
fra diem naturalē ab hora reqſitionis nō fecerit electio ſua ꝓ infecta habeaṫ.Et ad aliā in noīe dñi cardi
nales ꝓcedere teneātur.Exꝓſſo aūt ut ꝑdiciṫ hmōi cōſenſu cardinales eidē ut ſummo pōtifici mox obediē
tiā debitā exhibeāt poſtq̄ uero ꝑ cardinales obediētia ꝑſtita fuerit nulli de eiꝰ pontificatu ābigere fas ſit.

¶Forma conſenſus.

In nomine ſctē & idiuidue trinitatis patris & filii ſpūſſancti Ego.N.electus in papā oipotēti
deo cuius eccleſiā ſuo ꝑſidio regēdā ſuſcipio:& beato Petro apl'orū principi corde
& ore cōfiteor & ꝓfiteor ꝙ quādiu in hac fragili uita cōſtitutus fuero me firmiter credere & tenere fidem
catholicā ſecūdū traditionē apl'orū generaliū ɔciliorū & aliorū ſanctorū patrū.Maxime aūt ſanctorū octo
ɔciliorū uniuerſaliū uidelꝫ primi Niceni:ſecūdi cōſtantinopolitani:tertii Epheſini primi & quarti calcedo
neñ.quinti & ſexti.Itē cōſtantinopolitani ſeptimi.Itē Niceni octaui quoqꝫ:ɔſtantinopolitani:necnō late-
raneñ.lugduneñ.uienneñ.ɔſtantieñ.& Baſilieñ.generaliū ēt ɔciliorū:& illā fidē uſqꝫ ad unū apicem imu
tilatā ſeruare & uſqꝫ ad aīam & ſanguinē defendere & ꝑdicare ritūqꝫ pariter ſacramētorū eccleſiaſticorū
eccl'ie traditū oimode ꝓſequi & obſeruare.Policeor ēt fideliter laborare ꝓ tuitiōe fidei catholice:& extir
patione hereſum & errorū reformatione morū ac pace in ppl'o xp̄iano.Iuro etiā ꝓſequi celebratiōem ɔci
liorū generaliū:& ɔfirmationē electionū.Iuxta decreti ſacri Baſilieñ. ɔcilii:hāc aūt ꝓfeſſionē mea manu
ſubſcripſi & tibi oipotēti deo cui in die tremēdi iudicii redditurus ſum de hoc & cūctis opibus meis ratio
nē pura mēte ſuper altare offero q̄ in prio publico ɔſiſtorio ſolēniter repetā.Ne lapſu tpis hec tā ſalubris
inſtō de memoria ſūmi pōtificis elabaṫ ſingulis ānis die quo anniuerſariū celebraṫ electōis uel coronatiōis
ſue intra miſſarū ſolēnia primꝰ cardinalis q ibidē affuerit publice & alta uoce corā ſūmo pōtifice legat ſic.
Sanctiſſime pr̄ attēdat ſanctitas tua & diligēter cōſideret ꝓmiſſionē hāc quā die electiōis tue deo feciſti:
poſtea eā legēs i fine dicat.Curet igiṫ ſanctitas tua ꝓ honore dei & ſalute aīe ſuæ: & utilitati ul'is eccl'ie
ꝑdicta oia ꝓ uiribꝰ obſeruare bona fide ſine dolo & fraude.Recogites ēt cuiꝰ uicē geras in terris : illius
uidelꝫ:q aīam ſuā ꝓ ouibꝰ ſuis poſuit:qui ter antequā oues ſuas beato Petro cōmitteret petiit an ipm di-
ligeret:quiqꝫ ſicut iuſtus iudex:& quē nullū latet ſecretū rōnē exiget a te de oibus uſqꝫ ad minimū quadrā
tem.Memineris qd btūs Petrꝰ aliiqꝫ ſibi ſuccedētes pōtifices fecerūt:q nil aliud cogitabāt niſi honorē dei:
ꝓpagationē fidei:publicū eccl'ie bonū:ſalutēqꝫ & utilitatē filiorū ſuorū:& tandē imitātes magiſtrū & dñꝫ
aīas ſuas ꝓ ſibi cōmēdatis ouibꝰ exponere nō dubitarūt:noli tibi aut tuis theſaurizare i terris ubi tinea &
erugo demoliṫ ubi fures & latrones effodiūt:ſed theſauriza tibi in celis.Nō ſis acceptor pſonarū: nec ſan
guinis:nec patrie aut natiōis:oēs filii dei ſunt:& tue cure ac cuſtodie pariter ɔmiſſi dicas exēplo xp̄i. Qui
fecerit uolūtatē p̄ris mei q eſt in celis:ille meus frater mater & ſoror eſt. In diſtribuēdis dignitatibꝰ & bñ
ficiis nō carnē:nō munera:non qd aliud tpale:ſed ſolū deū & uirtutes atqꝫ hominū merita tibi ꝓponas.In
corrigēdis exceſſibꝰ eccleſiaſticā exerce diſciplinam:memor quā gratiā phinees:quā ue penā heli alter in
iurias dei ulciſcēdo:alter diſſimulādo meruerūt.Paupes aūt ac miſerabiles pſonas defēde.Iuua & ſuſtēta:
ad'oēs aūt paternā habe charitatē.Poſt expleta coronationis ſolēnia ac ſingulis annis poſt electionis anni
uerſariū cū frībus ſuis octo ſaltē cōtinuis diebꝰ ſūmus pontifex uigili cura ꝑtractet exeq qd tam ſolēniter
deo pollicitꝰ eſt. In primis igiṫ pſcruteṫ in qua orbis pte xp̄iana religio uexaṫ a Turcis:ſarracenis.Tarta
ris:& aliis infidelibꝰ.In qua regione uiget hereſis ſciſma uel q̄libet ſupſtitionis ſpēs.In qbus ꝓuinciis mo
ſingulis diebus uniꝰ anni p̄dictos pſalmos & miſſas ſi clerici: ſi layci p̄dictas oratiōes ceſſante legittimo
impedimēto eo mō quo ſupra exprimit ſupplēdo dixerint uel alia pietatis opa ſui cōfeſſoris iudicio ut pre
mittit exercuerint: ac pro felici huius negocii cōſummatōe deū ſuppliciter exorauerint eandē plenariā re
miſſionē conſequant. Erogātibus aūt ad idē opus quantū una die ꝓ ſe ſueq; familie expēſis uel ſi de pro
priis uiueret exponeret ſeptē annos: & totidē quadragenas de iniūctis ſibi penitētiis elargit. Et ut hi oēs
ad hmōi indulgentie gratiā aptiores exiſtāt oībus ſacerdotibus ſecularibus & regularibus alias diſcretis
quos in cōfeſſores pro hmōi conſequenda indulgentia elegerint indulget ut confeſſionibus eorum audi
tis ipſos a quacūq; excōmunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententia a iure uel conſtitutione ſeu etiā
non nominatim ſed generaliter ab homine lata: & a quibuſcūq; aliis: pp que etiam ſedes apoſtolica me
rito eſſet conſulenda impoſita ſatiſfactione his quorū intereſt & reſtitutione facienda ſalutarem iniungāt
penitentiā: & debite abſolutionis in foro penitentiali dūtaxat in forma eccleſie bn̄ficium impēdant. Quā
ſatiſfactionē ac reſtitutionē ſi infra terminū a confeſſore ſtatutum facere neglexerint hmōi indulgentia in
nullo ſuffragetur: Ac cum clericis ſuper irregularitate occulta alias q̄ ex bigamie uel homicidii uoluntaria
cauſa contracta diſpenſent. Super uoto uero peregrinationis ſeu abſtinētie: aut aliis ſimilibus que ipſi fide
les emiſerint: etiā ſi ultra marina aut alia loca ſeu limina ſanctorū Petri & pauli ac Iacobi aplorum uiſita
re uouerint ſeu alias non impletis diſpenſandi eiſdem cōfeſſoribus etiam facultatem concedit. Ita tamē q̄
ipſi cum quibus taliter diſpenſari cōtinget expenſas quas ad loca hmōi uel pro aliis uotis implendis iux
ta ipſorum confeſſorum taxationem feciſſent ad hanc cauſam contribuant. Et ut nulla cuiquā peccati rubi
go remaneat uult & indulget hec ſancta Synodus ut quicūq; ex uſurario uel non debito queſtu ſeu qua
litercūq; illicite aut indebite aliquid percepiſſet: ſeu bona ablata aut quęuis incerta poſſideat: ſi non extant
uel ignorent ꝑſone: quibus facienda eſſet reſtitutio aut res quaſcūq; tenentes cuiuſcūq; ſtatus aut religio
nis exiſtant in quorum detentiōe conſcientie eorum grauant uel que de iure ad pias cauſas per eccleſiam
deberēt exponi: huiuſmodi res & bona ſeu ualor: necnon & q̄ arma uel alia ꝓhibita infidelibꝰ ſeu hered

eis portauerūt lucrū quod inde p̄ceperūt ad hoc opus iuxta ſuam & ſui cōfeſſoris conſcientiā: & extima
tionē tradere teneant. Iubet inſup eadem ſancta Synodus: ut habita huius decreti noticia oēs dyoceſani
in cathedralibus collegiatis & prochialibus in quibus eis uiſum fuerit: ac etiā gñales ordinū mendicantiū
in cōuentualibus eccleſiis eis ſubiectis mox diſponāt q̄tenus uerbū dei per p̄dicatores idoneos ad popu
lū annuncietur p̄dictas indulgentias publicando: & fideliter exhortādo ad ſubſidiū in tam piiſſima cauſa im
pēdendū: quibus p̄dicatoribus & p̄dicationē audiētibus: ac etiā omnibꝰ aliis qui circa p̄dictā extimationē
ſubſidiū aliquod uel auxiliū in hac re dederint: cētū dies de iniunctis penitentiis ſingulis uicibus in forma
eccleſie relaxat. Ne autē in colligēdis ac cōſeruādis pecuniis fraus aliqua cōmittatur ordinat ſancta ſynodꝰ
ꝙ in qualibet cathedrali in ciuitatibus: in oppidis uero & in aliis locis in p̄ncipali eccl'ia unus cyppus trū
cus uel capſa ponatur ubi tanq̄ in gazophilatio dñi quilibet pecunias erogandas: ac incerta ac ablata ſeu
illicite q̄ſita reponere poſſit & debeat: cuiꝰ ſint tres claues: quarum unam teneat Epiſcopus uel cui uolue
rit ipſe cōmittere pro quolibet trūco in omnibꝰ locis ciuitatis & dyoceſibus: capitulū aliam in cathedrali:
p̄latus ſeu rector in p̄ncipali: tertiam timoratꝰ aliquis uir: quē ciuitas oppidū ſeu locus deputare uoluerit:
qui diebus per eos ſtatuēdis talem cyppū truncū uel capſam coram notario uel duobꝰ fide dignis aperiā
p̄ſonis: & pecunias ac fidas manus deponāt eas ſine fraude diminutiōe uel cōtradictiōe illi uel illis aſſigna
turi: quas hec ſctā Synodus adhoc deputauerit. Quod ſi in cāpeſtribꝰ locis uel alibi periculū ſeu detrimē
tum in cōſeruatione pecuniarū per modū ſuperius exp̄ſſum ueriſimiliter timeretur: dyoceſani uel ad colligen
dū huiuſmodi pecunias ab hoc cōcilio deputandi ꝓut magis expediens uiſum fuerit utiliter prouideant.
Quicūqꝫ aūt etiā ſi pōtificali aut regali p̄fulgeat dignitate fraudē furtū ſiue rapinā circa p̄dictas pecūias.
ſeu impedimentū ex ꝓpoſito & malicioſe in hoc ſanctiſſimo opere fecerit ultra indignationē omnipotētis
dei & reatum ſupremi ſacrilegii ſententiā excōmunicationis incurrat: a qua niſi prius plenaria facta reſtitu
tione & impedimēto ſublato abſolui nō poſſit. Vult autē hec ſancta ſynodus ꝙ elapſo biennio a die pre
ſentis decreti p̄dicte indulgētie ac facultates nemini cōcedi ualeant preterq̄ in mortis articulo: quo ad il
los qui infra biennium ut ſupradictum eſt cōtribuerint. Quodqꝫ perſonis illis que ſub ſpe huius gratie &
indulgentie aliquid cōmiſerint in nullo huiuſmodi gratia ac ſpecialis cōceſſio ſuffragetur. Et quia difficile
foret preſentes litteras ſingulis exhibere. Decernit hec ſancta ſynodus ut earum tranſumpto manu publi
ca aucte archiep̄i in tota ꝓuincia: & ordinarii in ſua dyoceſi ꝓprio ſigillo munito tanq̄ l'ris originalibꝰ ple
na fides in oībꝰ adhibeatur. Datū Baſilieñ. in ſeſſiōe publica huiꝰ ſctē ſynodi ſolēniter celebrata in eccleſia
maiori Baſiliee. decimooctauo kal'. maii Anno a natiuitate dñi. Milleſimoquadrigēteſimotrigeſimoſexto.

¶ Seſſio uigeſimaquinta de locis futuri & ycumenici concilii pro grecis.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legitime congrega
ta uniuerſalem eccleſiam repreſentans. Ad perpetuam rei memori
am. Nuper hec ſancta ſynodus inter uarias ſolicitudines quibus inſcrutabilis diuine altitu
dinis prouidentia eam in iuocatione ſui ſpiritus paracliti ad excolēdum dñici gregis agrum
adunari operariqꝫ dignata eſt interne mentis oculos more agricole peruigilis reuoluens &
attētē proſpiciens quā deflende diutina occidentalis & orientalis eccleſiarum i eiuſdem fidei profeſſione
diuiſio in dei perſtitit & durauit eccleſia dei clementiſſima eius bonitate apud quem nihil eſt impoſſibile:
quiqꝫ digne poſtulantibus affluenter dat et large ſpem ſuſcipiens & fiduciam ad procurandam inter ip
ſas eccleſias chatholice fidei unitatem ſue diligentie curas tanto accuratius non parcendo laboribus uel
impenſe adhibere decreuit: quanto ex hoc ad omnipotentis dei laudem & gloriam uberiorem animarum
ſalutem maiuſqꝫ ipſius fidei incrementum prouenire cognouit. Cupienſqꝫ propterea ſuffragante ſpiritus
ſancti gratia ſaluberrimum unionis negocium aggredi & amplecti: ad illud ſereniſſimum romanorum
imperatorem & uenerabilem patriarcham conſtanſtantinopolitanum ceteroſqꝫ prelatos: & alium greco
rum populum per diuerſos oratores & litteras duxit inuitandos pariter & exhortandos. Qui quidem im
perator & patriarcha & alii greci uolente & eorum corda altiſſimo inflamante exhortationes huiuſmodi
alacribus animis ſuſcipientes ipſumqꝫ unionis negocium aggredi ſynceris affectibus perhibentes ſuos
ſolennes oratores & nuncios ſufficienti mandato Bulla aurea & proprie manus ſubſcriptione Imperato
ris: Bullaqꝫ plumbea patriarche predictorum munito ſuffultos feruentiſſimum eorundem ad hanc fidei
unitatem zelum deuotiſſime explicantes: ad eandem ſacroſanctam Synodum duxerunt deſtinandos:
cum quibus ipſa ſancta Synodus diuerſis tractatibus & deliberatōibus preuiis pro executiōe & conſum
matione felici tam ſalutaris opis nōnulla decreta & capitula ad hoc ſummop̄e neceſſaria & utilia ſupius
inſerta. Et dudū in certa ſeſſiōe ipſius ſctē Synodi in maiori eccleſia Baſilieñ. celebrata publicata aīo con
cordi cōcluſit. Volenſqꝫ deinde hec ſctā Synodꝰ decreta & capitula hmōi uiis & modis oībus neceſſariis
& opportunis ꝓſequi ac iuxta illa ad electionē loci pro futuro ycumenico cōcilio in quo imp̄ator & p̄triar
cha p̄dicti aliiqꝫ greci cōuenire poſſent & deberent celebrando mature ꝓcedere: Habitiſqꝫ ſuper his &
aliis hanc piam rem concernentibus in diuerſis ipſius ſancte Synodi deputationibus multiplicibus pro

poſitionibus & tractatibus filiſq; cum uotorum ſuppoſitorum eorundem ſcrutinio diligenti receſitis.
Demum in generali cōgregatione ad hoc in maiori eccleſia predicta ut moris eſt indicta. Et iterū uotis ſin
gulorum in eadem ſcrutatis repertoq; duplo maiorem partem: multoplus uota ſua direxiſſe in baſileam:
Auinionem: uel Sabaudiā. Inuocata ſpiritusſancti gratia poſt miſſarum ſolēnia concluſum fuit & conuentū
quod apud imperatorem patriarchā: & alios grecos predictos diligens & debita fieret inſtantia: cum alle
gatiōibus & expoſitionibus plurimarum rationū que ad id allegari & adduci poſſent: ut ex diuerſis bonis
reſpectib⁹ ciuitatē Baſilieñ. acceptarēt ꝑ dicto ycumenico ꝯcilio ibidē celebrādo: qđ ſi eos oīno recuſare
contingeret: extunc ciuitas Auinioneñ. locus eſſet ipſius ycumenici concilii ibidem celebrandi. Si tamen il
lud in eadem celebrari non poſſet: ex tunc in Sabaudia concilium celebraretur antedictum. Ut igitur pre
miſſa omnia & ſingula debitum & uotiuum ſortiantur effectum cum omni ſolennitate altas in hoc ſacro
Baſilieñ. cōcilio in rebus arduis expediendis adhiberi ſolita patribus in maiori eccleſia Baſilieñ. poſt miſ
ſarum ſolennia cōſedentibus: hec ſancta Synodus decernit uult ſtatuit ordinat & declarat futurum ycu
menicum concilium in Baſilieñ. aut illa recuſata in Auinione ciuitatibus. Alioquin in Sabaudia iuxta con
cluſionē ſupradictā debitis & cōſuetis tēporibus debere celebrari: Quodq; iperator & patriarcha & alii
greci ꝑdicti iuxta capitulata & decretata huiuſmodi: necnon oēs & ſinguli alii cuiuſcūq; gradus ſtatus di
gnitatis uel ꝑeminentie exiſtāt qui generalibus cōciliis de iure uel conſuetudine intereſſe debent: ēt ſi pon
tificali ꝑfulgeāt dignitate ad illud debeant & teneant maxime pro ꝯſumatione tam ſalutaris operis acce
dere: & etiam ꝯuenire: & hanc premiſſam nominationē & electionē uult ſtatuit & decernit ut ſit firma in
concuſſa & inuiolabilis quacūq; alia modificatione ordinatione diſpoſitione nominatione ſeu electione
per ipſum ſacrū conciliū ſeu alium uel alios quacunq; etiam auctē papali fungentes in contrariū facta ſeu
factis minime ualitura ſeu ualituris: quam ſeu quas hec ſancta Synodus ex certa ſcientia exnunc irritat
caſſat reuocat & annullat ſeu caſſa nulla & irrita nūciat & pro infectis illā ſeu illas hēre uult & pōtib⁹ ha
bet quatenus in totum uel in partem ꝑmiſſe electioni obuiant uel repugnāt. Supplet ēt hec ſancta ſynod⁹
ex certa ſcientia omnem defectū: ſi quis in ꝑmiſſis uel aliquo ꝑmiſſorū forſitan interuenerit. Et inſuper
cum res tam ardua plurimū in dei eccleſia fructū allatura ſine grauibus expenſarū ſarcinis cōſummari non
poſſit: & greci ꝑdicti adduci: adductiq; ſuſtentari nō ualeāt: dignūq; & debitū exiſtat ut pro ꝯſummatiōe
tam felicis operis chriſtifideles uniuerſi maxime eccleſiaſtice perſone de cōmiſſi ſibi patrimonii dñi noſtri
Ieſu xpi ſubſtantiis liberali diſpenſatione miniſtrent hec ſancta ſynodus uniuerſis & ſingulis eccleſiaſticis
perſonis exemptis & non exemptis ſub quacunq; uerborum forma: etiam ordinis ſancti Iohānis hieroſo
lomytani cuiuſcūq; ſtatus dignitatis gradus ordinis uel conditionis exiſtant: etiam ſi cardinalatus uel pon
tificali prefulgeant dignitate generalem omnium & ſingulorum eccleſiaſticorum fructuum & ꝓuentuum
quotidianis diſtributionibus dūtaxat exceptis decimam de ſuis eccleſiis monaſteriis dignitatibus & offi
ciis: ceteriſq; eccleſiaſticis beneficiis in ſua generali congregatione iam impoſitam & concluſam perſol
uendum & exigendum decernit ſtatuit & declarat imponendum eamq; imponit per preſentes.

Preterea dicta ſctā Synod⁹ decernit uult ordinat & declarat ꝙ uenerabiles Iohes lubiceñ. Lu
dovicus uiſeñ. Delphinus parmeñ. & Ludovvicus lauſaneñ. epī ipſius ſacroſctē Sy
nodi oratores ad ꝯducendū grecos ad locū ycumenici cōcilii eorūq; maior pars tūc ꝑſens portū latinū lo
cis ſupra electis: & noīatis aptiorē & propinquorē ad quē dicti greci ultimo debeant applicare eligendi &
noīandi plenā hēant poteſtatem: illāq; eiſdē ꝯcedit p pñtes iuxta formā aliarū lr̄arum eis ſuperinde datarū. Po
ſtremo eadē ſctā Synod⁹ uult ordinat & decernit ꝙ ꝓ ꝑmiſſorū: & ex eis depēdētiū debita & uotiua exe
cutione dictorūq; ſindicorū & ꝯſilii ſecuritate pleniori ad omnē eorū aut ſuorū ꝓcuratorē uel nunciorū pe
titionē & inſtantiā eis quecūq; alie lr̄e opportune utiles & neceſſarie ſub bulla eiuſdē ſctē Synodi p ipſius
cācellariā in forma debita & honeſta ꝯcedant conficiant & ēt expediant. Datū Baſilee in Seſſiōe publica
hui⁹ ſctē ſynodi i eccl'ia maiori Baſi. ſolēniter celebrata nonas mai. anno a natiuitate dñi. M.cccc.xxxvii.

¶ Decretum de decimis.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpūſctō legittime ꝯgregata uniuerſalē eccleſiam
repñtans: ad futurā rei memoriā. Cū nuper dilecti eccleſie filii Sindici & cōſilii
ciuitatis auinionē. ſummā ſeptuaginta miliū florenorū auri de camera pro cōductiōe ſereniſſimi romanorū
impatoris & uenerabilis patriarche cōſtantinopolitani aliorūq; grecorū ad ycumenicū cōciliū dante dño
uenturorum iuxta cōcordata & cōcluſa eorū ambaſiatoribus neceſſariā huic ſacroſctē Synodo & uniuer
ſali eccleſie liberaliter mutuare obtulerint iāq; ei⁹ partem exſoluerint ac reſtantem expectis nōnullis pro
eorū cautiōe ab ipſa ſctā Synodo petitis in pecunia numerata exſoluere paratos ſe offerāt eadem ſancta
ſynodus cupiens ꝓut decens eſt & debitū dictorū ſindicorū & cōcilii ne ex ſua liberalitate damnū patiant
indemnitati legaliter ꝓuidere omnes & ſingulas pecuniarum quātitates que ex indulgētiis per ipſam ſan
ctam Synodum uniuerſis chriſtifidelibus de bonis ſibi adeo collatis pro ꝓſecutione unionis occidentalis
& orientalis eccleſiarum ad eandē chriſtiane fidei profeſſionem in dicto concilio dño largiente ꝓcurande

& ꝑficiende largientib⁹ p eius litteras ad diuerſas mundi partes directas & iã in pleriſq; locis ſolenniter:
publicatas cõceſſis:necnõ ex decima generali per eandem ſanctã Synodũ cauſam ob premiſſam impoſita
& concluſa hactenus prouenerunt ac prouenient in futurum Syndicis & conſilio prefatis uſq; ad ſummã
ſupradictam exnunc obligãdo hypothecando & aſſignando uult ſtatuit & decernit qđ iidem ſyndici &
conſiliũ in omnibus & ſingulis quib⁹ maluerint & que eligenda duxerint & preſertim Francie Aragonie
Delphinatus Britanie: Sabaudie: & Burgundie regnis ducatibus terris prouinciis ciuitatibus & dyoceſi
bus auctoritate eiuſdem ſancte Synodi & uniuerſalis eccleſie ad leuandũ exigendũ: recipiendum de pecu
niis ex indulgentiis & decima p̄dictis ut p̄mittitur prouenientibus uſq; ad ſummã p̄dictam & quouſq; il
la eiſdem integraliter fuerit perſoluta quaſcũq; perſonas idoneas ad hoc eis utiles & accomodas in ſuos
collectores noiare eligere deputare & ordiare qđq; perſone ipſe ſic per eos nominate electe & deputate
de pecunia huiuſmodi uſq; ad ſummã p̄dictã nomine ſyndicorum & conſilii p̄dictorũ petere exigere & le
uare poſſint & debeant pinde ac ſi per ipſam ſanctã Synodum ad hoc deputate & nominate fuiſſent nec
nõ illos ſoluentes quoſcunq; debita aſſignata quitantia a ſolutis ſint liberi penitus & immunes. Promittit
inſuper & pollicetur hec ſancta Synodus quod iam collectores ipſos ſic per dictos ſyndicos & concilium
deputatos quibuſuis colore & occaſione captatis directe uel indirecte:ſine expreſſo Syndicorũ & cõſilii
p̄dictorum uoluntate atq; cõſenſu nullatenus reuocabit:nec pecunias huiuſmodi per alios i eligẽdis p di
ctos ſyndicos & conſilium regnis ducatibus terris prouinciis ciuitatibus & dyoceſibus p̄dictis ſine cõſen
ſu ſimili exigi colligi uel leuari faciet:aut eorũ collectoribus hmõi quominus illas uſq; ad ſummam predi
ctam pro ſyndicis & cõſilio p̄dictis libere colligere & leuare ualeãt impedimentũ aliquod p̄ſtabit ſeu pre
ſtari patiet quoquomõ:quinimo regũ principũ & aliorũ dñorum in quorum regnis territoriis & dominiis
eoſdẽ Sindicos & conſiliũ electionẽ antedictã facere contigerit ſup libera exactione & collectiõe pecunia
rum ex indulgentiis & decima hmõi ut p̄fertur prouenientiũ fauorem & cõſenſum cohertionem quoq; ſi
opus fuerit & brachii ſecularis auxiliũ ꝓcurabit & ordinabit aliaſq; eoſdẽ Sindicos & conſiliũ ſuper inte
gra & reali reſtitutione & ſatiſfactiõe dicte ſumme omnino reddet indemnes:p̄terea eadẽ Synodus uult
ſtatuit & decernit:quod ſuper exactione pecuniarũ hmõi Sindicis & conſilio p̄dictis:quecũq; lr̃e & pro-
ceſſus cõpulſoriales & penales cum omnibus & ſingulis clauſulis neceſſariis & opportunis concedantur
conficiantur. Et etiam per ipſius cancellariam expediantur: aliis litteris in premiſſis & circa premiſſa eis
iam conceſſis in ſuo robore duraturis. Datum in ſeſſione noſtra publica huius ſancte Synodi in eccleſia
maiori Baſilieñ.ſolenniter celebrata nonas Maii. Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxvii.

¶ Seſſio uigeſſimaſexta & eſt Monitorium contra papam & cardinales.

Acroſancta generalis ſynodus Baſilieñ.in ſp̃ũſctõ legittime cõgregata uniuerſalẽ
eccleſiã repñtans ad ꝑpetuã rei memoriã. Cum xp̃i eccleſia uariis &
acerrimis languoribus ſubiaceret hominũq; peccata & p̄uaricationes diuine legis magis ac
magis indies ꝑnicioſo creſcerent augmẽto dignatus eſt omnipotẽs deus fideliũ inſpirare cor
dibus: ut in Baſileã Germanie ciuitatẽ ꝓfecto undiq; integerrimã Sacroſctã gñalis Syno
dus cõueniret que p̄ſertim in reformandis moribus tam in capite q̃ in mẽbris: & excitãdis cordib⁹ fideliũ
in obſeruationẽ legis dei uigilantẽ impenderet operam ut & diuinus honor refloreret in terris: & repreſſis
enormitatibus peccatorũ ad ꝓcurandã animarũ ſalutem efficati⁹ cõuerteret hominũ ſolicitudo:Iam uero
pluribus annis in ea re p ipſam Synodũ exhibiti ſunt indeſeſſi labores cõmemorata frequẽtius extitit re-
gnantiũ ſcelerũ multitudo que uniuerſam xp̃ianitatẽ in multas clades multaq; diſcrimina adducere con-
ſpicitur:Eccleſia in chriſti nomine congregata cunctis palam curauit ingerere monita ſalutis die ac nocte
clamitans:ut redirent preuaricatores ad cor & obſeruarent legem domini dei ſui. Deniq; ſalubria decreta
& ſacros canones inſtituit quibus peſtis auaritie Symonie ambitionis: & aliorum uitiorum que multorũ
corda nimium incendebant arcerentur a grege domini & iuxta precepta chriſti atq; ſanctorum patrum
inſtituta dignitates eccleſiaſtice atq; beneficia dignis & idoneis paſtoribus ac miniſtris gratuita collatiõe
iuſtiſq; & canonicis electionib⁹ ac inſtitutiõibus diſtribuerent:quorũ medio uniuerſus clerus & populus
ſalubriter regeret ac perduceret in ſalutẽ. Sed quod heu dolẽtiſſime referimus ille qui primus hec exequi
debuerat quẽq; & xp̃i precepta:& canones ſacrorũ conciliorũ pre ceteris ſeruare oportuerat:immo & ce-
teros ad horũ obſeruantiã efficaciter inducere nulla unquã monitiõe nulla exhortatiõe induci iam longo tẽ
pore potuit:ut aliquam morum emẽdationem chriſto placentem:aut notiſſimorũ abuſuum correctionẽ in
eccleſia ſancta dei efficere ſatageret.Quinpotius conſpicit uniuerſus orbis ſub eius regimine maiora ſem
per ſcandala grauioraq; exoriri Sanctiſſimũ dñm Eugeniũ papã quartũ loquimur:quem frequẽtibus mo
nitis:hec ſancta Synodus cum plurima caritate & benignitate Tum p ipſius Synodi oratores Tum per
litteras Tum ẽt p eiuſdẽ dñi Eugenii nuncios inducere curauit:atq; ẽt per aliquorũ regũ & principũ am-
baſiatores hortatus eſt:ut pro xp̃i reuerentia & animarũ ſalute: ſalutari animarum gubernationi operam
daret:Electiones proborũ paſtorum fieri aſſentiret: beneficia a chriſto gratis accepta gratis diſtribueret:

ceteraqȝ in edificationē eccleſie ageret que iuxta canones ſctōrum patrū eadē ſynodus pro aīarum ſalute
& uniuerſalis eccleſie ordinauerat: & quēadmodū ſacroſanctum gñale ꝯſtantieñ. ꝯcilium irrefragabili ca
tholice ueritatis declaratōe diffiniuit in hiis rebus que ad reformationē uniuerſalis eccleſie in capite & in
mēbris ꝑtinēt obediret. Pariter quoqȝ notū ſit qđ ſacra gñalia ꝯcilia iuriſdictione ſup papā uti poſſunt &
cū clamoroſa inſinuatiōe uel alias ipſe ut ſcādalizator eccleſie ſacro cōcilio deferť. Monuit quoqȝ hec ſctā
Synodus ipſum dñm Eugeniū quatenꝰ dignareť ambulare unanimiter cū ꝯſenſu eiuſdē ſctē ſynodi in do
mo dei & adheſione quā lraꝝ ſuarū teſtimonio ſolēniter huic eidē Synodo exhibuit factis & opibꝰ ad-
impleret ut pax & tranqllitas ſalutaris ꝑ uniuerſam uigeret eccleſiā. Sed in aduerſum proh dolor electio-
nes pōtificū & paſtorū ſedulo ꝑturbare niſus eſt: tranſlatōes ꝑlatorū eis inuitis cōtra ſctōrū patrū & ſctōrū
canonū ac ſacri ꝯcilii ꝯſtantieñ. ſtatutorū formā & tenorē facere: diuiſiōes ſcādala & ſciſmata ꝑ ſingulas fe
re uacātes eccleſias ingerere: ut plurimū enim unus eligiť alteri uero ꝑ ipm ſuis reſeruationibꝰ iam ſubla-
tis innitentē ꝓuideť ipſa electōe reiecta: imo & aduerſus filios obediētie q decretis huiꝰ ſanctæ Synodi
obedire uoluerūt graues cōpertꝰ eſt fulminare ſniās ipſos ꝓ libito ueluti ſuis a bñficiis & dignitatibꝰ man
dādo priuari ihabilitari & excōmunicari. In collatōe ꝑterea ſeu expeditōe dignitatū & bñficioꝝ & aliarū
rerū diſpenſatōe ēt more incōſueto graues ſummas pecuniarū exigere abuſus peſtiferos deteſtabili & ab-
horrēda ſpecie ſymoniace labis reſperſos aduerſus iura diuina & humana in animarū pernicē & eccleſia-
rum orbis non mediocre ꝑiudiciū ac ꝓuinciarū regnorū & ſingularum patriarum depauperationē & exina
nitionem cum pluribus fouere in crementis dignitatibus ēt ſeu uacantibꝰ bñficiis ꝓuidēdo carnalitatis ef-
fectu non iudicio rōnis: nec eos exigēdo qui in eccleſiis proficere poſſunt: ſed quorum uel precibus deli-
nitus extitit uel pro qbus qſpiam maiorū rogaſſe cōpertus eſt aut quod deteriꝰ eſt qui ut bñficiati fierent
muneribus impetrarūt nō aduertēs nihil eſſe quod eccleſie dei magis officiat q̄ quod indigni aſſumantur
prelati ad regimē aīarū. Sententiis inſup ſynodalibꝰ ſpretis quas olim ſummi pontificis maxima cum ue-
neratione ꝓſequebanť ꝑtenſas appellationes ab eiſdem interpoſitas admittit ſententias hmōi expreſſe re
uocādo. Ipſe inſup illos quos hec Synodus pro cauſis iuſtiſſimis alligauit ſoluere de facto conatus eſt nul
la ſatiſfactione pacta. Ceterū cū deceat romanū pōtificē iuxta ſacrorū canonū: & ſummorū pontificū in-
ſtituta per fratres ſuos ſacroſancte romane eccleſie cardinales qui ſibi in executione ſui officii coadiutores
exiſtunt ſua exercere cōſilia: ut ipſorū ſalubribus & prudentibus conſultis ſtatus eccleſie tam in ſpūalibus
quā tpalibus rōnabiliter dirigať ipſe dominus Eugenius etiam in rebus grauiſſimis minime eorundē con
ſilia requirere fertur: qui ſunt pars corporis ſui ſed aliorū extraneorū ꝯſultationē ſectať: qui nō ex rationis
iudicio ſed ex carnalitatis affectu nōnunq̄ ꝓuenire uidetur: diſpenſatiōe quoqȝ ſibi credita abutiť eam in
diſſipationē cōuertēdo: & poteſtatē ſibi traditā in edificationē uertendo in deſtructionē. Plura uero grauia
nobis obmittentibus nouiſſima occurrūt cōſideratiōe miſerāda. Audiuimꝰ quidē nuper ciuitatē peneſtrinā
cuiꝰ epiſcopali titulo unus ex romane ecclie cardinalibus cōſueuit inſigniri per tolerantiā eius & ſuorum
domeſticorū ac ſtipendiiſ romane ecclie militantiū opera in ruinā miſerabiliter decidiſſe. Oppida inſuper
plurima in eiuſdem ſctē romane ecclie patrimonio conſiſtente aliqñ prede expoſita ut oppidū Butrii Bo-
nonie ꝓximum aliqñ ſolo equatū: & qui augmentū efficere debuerat operatus eſt diminutionē cū tamen
ex dignitate ſummi pōtificatus non peccandi licentiā ſed bene uiuendi neceſſitatē aſſecutus eſſe noſcať. In
operibus ꝑterea fidem cōcernētibus cū hoc tpe ꝓ ycumenico concilio cū grecis celebrando ecclia indige
ret ꝓut & de preſenti indiget ſubuentionibꝰ fideliū populorū ipſe ſubſtantiā eorū aliorſum diuertere ſata
gens & ſubſidia fidei catholice multipliciter impediens indulgentias plenarias per loca diuerſa multipli-
caſſe diciť: & abſqȝ cauſis urgentibus eas diſſeminando in grauē ꝑturbationē ſanctiſſimi operis pro ipſa
fide orthodoxa ꝑ hanc Synodū incohati: aliaqȝ plurima hucuſqȝ pegiſſe atqȝ procuraſſe diciť que ꝓſecu
tionē rerum ad bonū fidei orthodoxe & eius promotionē ꝑtinentia magnū impedimentū & multā retarda
tionē attulerūt. Illud quoqȝ multa reprehenſione in tāto paſtore dignū eſt qđ iuramentū in aſſumptiōe ſui
ad apoſtolatus apicem ſub certis ordinationibꝰ preſtitū: ac deinde poſt ipſius aſſumptionē ſub bulla ſua
ſolēniter cōfirmatū minime ſeruaſſe diciť: ſed quod dolēter referimus ut a plurimis aſſeriť & fama publica
laborat ipſum notorie tranſgreſſus eſt. Deniqȝ eū ita agere cōſpicit uniuerſus orbis. Nam hec ſola que no
toria eſſe dicunť eccleſiā uniuerſalē ſcandalizantia recenſemus: ut occaſione ſui uniuerſa eccleſia grauiſſi-
mis turbationibus ſubiaceat: quibus niſi diuina miſeratio ꝓuideat ruina prioribus inaudita ſeculis chri-
ſtiano populo proſpicitur imminere. Non autem ſolum in rerum ſpūaliū regimine hanc ipſam ruinam con
ſideramus: ſed & in gubernatione tēporaliū dñiorum ſancte romane eccleſie notorios defectꝰ attendimꝰ:
quorum alienatores honorem perdere felicis recordationis Symachus papa decreuit. Quantas enim ter
ras ipſe dominus Eugenius alienauerit: quanteqȝ eius incuria & inſolenti regimine deperdite & occupa-
te ſint: quantas ſtrages ſubditorum romane eccleſie: quos etiam ut Bononieñ. ciuitas in ſuis ſuppoſitis
atteſtari poteſt peremptos audiuimus ſine penitentie & eucharistie ſacramentis: quam etiam miſeranda
uaſtatio ſuo tpe ſubſecuta fuerit notoria facta teſtari uidētur. Expectauit aūt iam plurimis annis: hec ſan

cta Synodus cū multa paciētia ut hec oīa ipſe dn̄s Eugenius corrigeret atqꝫ in melius emēdaret:ac ueluti
uices gerentē xp̄i & Petri ſucceſſorem decet totū orbem exēplo bonarū actionum in uiam ſalutis dirigere
ſtuderet.Dū uero uidemus cūcta iugiter in peiꝰ ruere:& oīa magis ꝯturbari plurimis anxiamur doloribus
ac uehemēter gregi dominico cōpatimur:quē in totalē fere deſolationē ꝑ incrementa ſcādalorū diuiſionū
& uicioſarū deformitatū decidere formidamꝰ niſi debito regimini eccl'ie dei cōueniens ꝓuiſio apponat̄ &
cōſulat̄ publice ſaluti.Vidēs itaqꝫ hec ſancta Synodus que ꝑ ſummariā informationē ex habundāti factā
ip̄m dn̄m Eugeniū in p̄dictis publice & notorie diffamatū:cōperit neceſſitatē ꝓuidēdi debito regimini ec
cleſie imminere ut ſi conciliū cōgregatū nō eſſet ſumme neceſſariū foret pro hiis rebus ipſum cōgregari:at
tendens p̄terea in iudicio dei opportere reddere rationē ſup tantorū diſſimulationē malorū & ſcandalorū
quibus corrigendis ꝓ ſalute totius chriſtiane plebis ex officio ſuo totis uiribus incūbere tenet̄:& ex ꝑtāte
quā ſup cūctos fideles cuiuſcūqꝫ auctoritatis etiā ſi papalis exiſtant a xp̄o accepit iuxta ſupradictā decla
rationē in cōcilio cōſtantien̄.habitā:& in hoc p̄ſenti dudū renouatā cū etiā coram deo & hominibꝰ grauiſ
ſime rep̄hendenda ueniret ſi in hac urgentiſſima eccl'ie neceſſitate ſuū officiū ꝓut tenet̄ etiā nemini poſtu
lante exequi negligeret : decernit ut itra ſexaginta dies a die preſentis Seſſionis & affixionis numerādos:
quem terminum prefato domino Eugenio peremptorium prefigit:ut ſi qua interim coram hac ſancta Sy
nodo ſuper premiſſis & aliis proponendis pro ſui defenſione aut excuſatione allegandа uel proponenda
duxerit per ſe uel alium ad hoc legittime deputatum coram eadem Synodo Baſilee compareat:Dicto au
tem elapſo termino ſiue dominus Eugenius per ſe uel alium comparuerit ſiue non hec ſancta Synodus
ad ulteriora procedet cognoſcendo & terminando prout eccleſie ſancte dei ſpūſancto dictante conſpexe
rit expedire:uniuerſis inſuper ſancte romane eccleſie cardinalibus in uirtute ſancte obediētie & ſub pena
alias preſtiti huic ſacro cōcilio ꝑ ſe uel aliū nomine ſuo iuramenti:Et quo ad eos qui iuramētum non pre
ſtiterunt ſub pena priuationis fructuū ſuorū beneficiorū:mādat & precipit ut infra eundē terminū in hac
ciuitate Baſilien̄.cōpareant ſaluti ſancte matris eccl'ie cū ceteris in Synodo cōgregatis cōſulturi & oppor
tune ꝓuiſuri ꝓut ſpūſſanctus dictauerit:hoc ipſum quoqꝫ uniuerſis principibus:ac ꝑplis chriſtianis inno
teſcere uolumus & uidentes ſctē matris eccleſie:& uniuerſe chriſtianitatis anguſtias in unā ſententiā pro
honore dei creatoris noſtri & animarū ſalute pariter conueniāt.Et quod toti orbi ſalutare fuerit communi
cōſenſu amplexent̄.Decernit tandē hec ſancta Synodus huiꝰ decreti publicationē in preſenti Seſſione fa
ctam eiuſqꝫ affixionē in ualuis maioris eccleſie Baſilien̄. uim habere monitionis & citationis quo ad om
nes & ſingulos actus in hac re fieri neceſſarios uſqꝫ ad finalem terminationē:etiam ad ſententiā diffiniti-
uam audiendū & eius executionē faciendū incluſiue:& ita uniuerſos artare ac ſi ꝑſonaliter apprehenſi:&
eis intimatū fuiſſet.Datū in Seſſione publica ipſius ſancte Synodi in eccleſia maiori Baſilien̄.ſolēniter ce
lebrata.ii.kalendas Auguſti Anno a natiuitate domini Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoſeptimo.

¶ Seſſio uigeſimaſeptima.

Sacroſancta gn̄alis ſynodus Baſilien̄.in ſpūſctō legittime cōgregata uniuerſalē ec
cleſiam rep̄ñtans:Ad perpetuam rei memoriā. Cum nr̄a ſolicitudo ad
s hoc inter alia iugiter aſpiret ut ſctā p̄ſertim romana eccleſia feliciter in ſp̄ualibus & tp̄alibꝰ
gubernet̄:Simul quoqꝫ cum uirtutū ornatu tp̄aliū rerū obtineat ubertatē ſine quibus ſp̄uali
um adminiſtratio diu ſubſiſtere nō ualeret . Priſci quoqꝫ patres hac ꝯſideratiōe ꝑmoti largā
prediorum dominiorum & poſſeſſionum amplitudinem ipſi eccleſie acquirere curauerunt quorum alie-
nationē ſub grauibus penis cenſuerunt ꝓhibendā:Adeo ut Symachus papa ſpiritu dei repletus in ſuo ca-
none decreuerit:ēt pape non licere p̄dia eccleſie alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate nec in uſum
fructū rura tradere niſi tantūmō domus que in qbuſdā urbibꝰ nō modica impēſa ſuſtentant̄ qua lege oēs
cuſtodes prelatos aſtringi uoluit:ut donator aſſenſator uenditor honorē ꝑderent:Et qui ſubſcriberet cum
eo qui reciperet niſi reſtitueret anathema foret:licere etiā uoluit quibuſlibet eccleſiaſticis ꝑſonis cōtradi-
cere:& cum fructibus alienata repoſcere quod non tantum in apoſtolica eccleſia ſeruandū eſſe dixit:Verū
etiam uniuerſis eccleſiis per ꝓuincias arbitratus eſt cōuenire nos eorū ueſtigia imitādo uigilāter curare cō
uenit:ne quicq̄ terrarum:& poſſeſſionū que iam a deo : & ipſi romane eccleſie inſtitutionem ſummi pon-
tificis & miniſtrorum ſuorum dedicate ſunt diſtrahi a quoq̄ uel alienari patiamur illa preſertim loca inſi-
gnia in quibus neceſſitatis tempore libere ualeat romanus pontifex cum ſua curia commorari ubi nullus
ſecularis poteſtatis metus exterreat nullus temporalis fauor abſorbeat : nullus terror immineat nihil ſu-
am ſanctitatem:& uenerabiles ſancte romane eccleſie cardinales a uero & ueri conſilii ſoliditate remo-
ueat:cum non abſqꝫ prouiſione diuina ipſa loca apoſtolice ſedi prouenīſſe credantur. Ex his autem cau-
ſis:& aliis non iuſte:& me.ito mouētibus prouiſione occurrere duximus ne inclyta ciuitas Auinionis que
ſe ſemper deuotiſſimā & fideliſſimam eccleſie exhibuit:& nouiſſime in fidei catholice obſequiū de ſuis fa
cultatibus copioſiſſimā ſubuētionē ꝓ unione grecorū cum latinis ꝑſequēda miniſtrauit quoquo pacto ab
ipſiꝰ romane eccl'ie dn̄io alienet̄ aut ad manꝰ alienas trāſferat̄:cū ex his & aliis eccl'ie uniuerſali ꝑ ipſam

inclytam ciuitatē impenſis obſequiis nō impeti nō damnificari nō in alios uſus alienari : ſed beneficiis at-
tolli merito debeat:eccleſiaſticis enim utilitatibus inſudātes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gau-
dere. Decernit igitur hec ſancta Synodus ut nullus cuiuſcūq3 dignitatis uel preeminētie fuerit(Etiam ſi
papalis)ciuitatē predictam:ac ēt comitatum uenayſini cum terris & dn̄iis ſibi adiacētib⁹ audeat uel p̄ſu
mat quouiſmodo ſeu iuris colore queſito uēdere ſeu pignori obligari aut in feudum uel cenſum dare : aut
quouiſmodo alienare. Quod ſi ſecus p romanum pōtificem:uel alium quēuis actū ſit de preſenti uel in fu
turū agi ↄtingat hec ſancta Synodus totū id & quicquid inde ſequetur exnunc prout extunc caſſat irritat
& annullat:& omni carere decernit robore firmitatis:atq3 ēt ſtatuit q ipſe romanus pontifex uel alius q
uis quicquid cōtra huiuſmodi decretum attēptauerit ſacro generali concilio deferatur. Recipiētes quoq3:
etiam ſi cardinalatus patriarchali pontificali īperiali regali ducali:uel alia quauis eccleſiaſtica uel ſeculari
p̄fulgeant dignitate uel etiā ſi cōmunitas fuerit decernit hec ſancta ſynodus penis excōicationis priuatio
nis cuiuſcūq3 dignitatis eccleſiaſtice uel ſecularis:etiā omniū feudorū ſpecialiter que romana uel alia tene-
ret eccleſia ſubiacere:necnō perpetue inhabilitationis ad quaſcūq3 dignitates ſeculares uel eccleſiaſticas:
& quecūq3 beneficia & officia impoſterum obtinēda. Cōmunitas uero eccleſiaſtico interdicto ultra penas
ſupra expreſſas ſibi cōuenieētes eo ipſo ſubiaceat:quas penas ſingulariter ſinguli qui aliquid p̄dictorū at-
tēptauerint ipſo facto incurrāt. Inſuper ciuitatē p̄dictam auinioneñ. que magnā mercedē ab uniuerſali ꝓ
meretur eccleſia:cuiq3 in digniſſimū eſſet pro eis optimis meritis mala queuis per aliquē irrogari p̄ſertim
cum multa cōtra ipſius ciuitatis ſtatum in euerſionē diſturbiū & diſſolutionē huius ſancte Synodi & ſuo
rū ſanctorū operū attēptari & machinari poſſent. Quibus hec ſancta Synodus nō ualeret expoſtfacto ſal
tem cōmode:& ſine graui damno ꝓuidere. Cūq3 iam ipſi ciuitati & ciuib⁹ grauia cōminata ſint ueluti ex
informatione ſummaria cōperimus:eadem ſancta ſynodus ciuitatē ipſam & ſuppoſita eiuſdē in ſuā & ec-
cleſie uniuerſalis quā repreſentat ſpālem ꝓtectionem:ac ſaluaguardiam ſuſcipit ac reponit : ꝓhibens ſub
penis p̄dictis oībus & ſingulis quacūq3 dignitate uel preeminētia eccleſiaſtica uel ſeculari. Etiā ſi cardina
latus patriarchali pontificali imperiali regali ducali uel alia qualibet preſulgeant dignitate uel ēt ſi cōitas
fuerit ut ipſi uel ipſorū aliquis directe uel indirecte ciuitatē p̄dictam diffidare perturbare inuadere uel in
quietare tēporaliter uel ſpiritualiter:aut eius habitatores uiolēter capere:aut in perſonis uel bonis eorum
damnificare atq3 moleſtare preſumant : quod ſi quis fecerit penas ſuperius expreſſas ipſo facto incurrat.
Romanus uero pōtifex ſi aliquod p̄dictorū attemptauerit ſacro cōcilio deferatur. Et ipſa attēptata nulli-
tati ipſo facto ſubiaceant. Et quoniā id quoq3 pariter indignū eēt ut uenerabilis pater eps Albaneñ. ſacro
ſancte romane eccleſie cardinalis de fuxo uulgariter nūcupatus:& apoſtolice ſedis legatus qui ad ipſius ci
uitatis Auinioneñ. & comitatus uenayſini p̄dicti gubernationē deputatus eſt:quiq3 pro expeditione ſub
ſidiorū ſancte matri eccleſie preſtitorū in eadem ciuitate auinioneñ. ad ꝓſequendam unionē grecorū fideli
ter & efficaciter laborauit huic ſancte ſynodo ſe obſequentiſſimū exhibēdo per quēpiam uexaretur inge
taretur aut moleſtaret:Cuius etiā ꝑturbatio:& moleſtatio in magnū diſpēdium & in grauē calamitatē ipſi
us ciuitatis Auinioneñ. ueriſimiliter ꝓueniret. Iccirco ſub eadē protectione ex premiſſis cauſis recipit hec
ſancta Synodus eundē uenerabilē patrem epiſcopū albaneñ. ac ſuos familiares domeſticos: & continuos
cōmenſales decretoq3 p̄ſenti pariter prohibet eadē ſctā ſynodus ſub penis antedictis:ne quiſquā cuiuſcū
q3 dignitatis(Etiam ſi cardinalatus patriarchalis pōtificalis imperialis regalis ducalis aut alterius)uel ēt
cōmunitas ipſum:& ſuos predictos inuadere diffidare moleſtare aut de facto i ſuis beneficiis bonis : & re
bus quibuſcūq3 perturbare p̄ſumat uel ſpiritualiter ſeu tēporaliter quoquomodo cōtra eundē & eoſdē pro
cedere. Si uero roman⁹ pontifex aliquid p̄dictorū attēptauerit ſacro concilio deferatur ſimiliq3 nullitatis
uicio in contrariū attēptata eo ipſo ſubiaceant. Quodq3 abſolutio & relaxatio a predictarū excōmunica-
tionū preterq̄ in mortis articulo ac interdicti & inhabilitatiōis & ceterarū penarū ſententiis ſacro generali
cōcilio reſeruata intelligatur. Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ. ſolenniter cele-
brata. vi. kalendas Octobris. Anno a natiuitate domini. Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoſeptimo.

¶ Seſſio uigeſimaoctaua ſuper nullitate & innouatione decreti quod papa cardinales creare non poteſt durante concilio.

s Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime ↄgregata uni-
uerſalem eccleſiam repreſentans ad perpetuam rei memoriam. Tan-
tam reuērentiam ſacris canonibus generalium conciliorum ſancti patres conſueuerunt adhi
bendam ut uiolatores eorum uoluntarios grauiſſime uindicarent:& unūquēq3 in ſui ipſius
deſtructionem agere arbitraretur ea deſtruere conantem:que uniuerſali conſenſu fuerunt in
ſtituta grauis quoq3 exinde iactura toti eccleſiaſtico immineret ordini: ſi decreta Synodalia conciliorum
generalium:quibus neruus regule eccleſiaſtice ac diſcipline ſalutaris innititur per cuiuſpiam uoluntatem:
& maxime ſedente adhuc ipſa uniuerſali Synodo obrumpi ſinerentur. Dudum autem hec ſancta Synod⁹
ſuper cardinalibus ſancte romane eccleſie aſſumēdis inter cetera duo ſalubria edidit decreta quorum te-

nores ad lucidiorē uniuerſorū informationē de uerbo ad uerbū hic inſerere & inouare decreuim⁹. Tenor
ꝑmi decreti cū multiplicatio cardinaliū. Tenor ſecūdi decreti cū ſummo pōtifici. Aduerſus aūt ꝑmiſſorum
decretorū mentē & tenorē nuper non ſine graui dolore cōpeimus uenerabilē Iohannē patriarchā alexan
drinū in ſancte romane eccleſie cardinalē licet de facto & nulliter per dnm Eugeniū papam fuiſſe aſſum
ptum: cum nec ſummus pontifex abſens a loco huius ſacri cōcilii ipſum in cardinalē creare debuerat con
tra primū decretū in ſua adheſiōe ſolenniter approbatū:neq₃ ꝓportionem ſingulis nationibus conuenien
tem & qualitates in ſecūdo decreto deſcriptas ommittere ſicut in ꝓmotione dicti patriarche factam eſſe
comperitur. Et cum fruſtra hec ſancta ſynodus iura oderet niſi ſua auctoritate quā ex xp̄i dono immedia
te ſuſcepit eadem tueretur utq₃ Gelaſius papa profitetur:& nullum iam ueraciter chriſtianū ignorare cre
dit uniuſcuiuſq₃ Synodi conſtitutum:quod uniuerſalis eccleſie probauit aſſenſus nullam magis exequi
ſedem ac pre ceteris opportere q̄ primā:neceſſitaſq₃ urgeat:illis traſgreſſoribus iurium occurrere: ex qui-
bus cōplures illaqueationes animarum:& grauia in futurum ſciſmata prouenire ualerent. Nam & qui ta
lem cardinalē reputant iuxta ſupradicti decreti tenorē uinculo excommunicationis eo ipſo innodātur: Et
in futuris electionib⁹ romanorum pōtificum uaria ſciſmata poterunt exoriri: ſi pretenſi cardinales quorū
irrita & inanis ꝓmotio decreta extiterit huiuſmodi electionibus ſe uoluerint immiſcere. Ad obuiandum
itaq₃ tantis diſcriminibus admonet & exhortatur: hec ſancta Synodus p̄fatum dnm Eugenium ſub obte
ſtatione diuini iudicii:& per uiſcera miſericordie dn̄i noſtri Ieſu chriſti:& eidem ex parte dei omnipotētis
precipit atq₃ mandat ut pro futurorum ſciſmatū & ſcandalorum euitatione p̄dictam & alias quaſcūq₃ uo
catiōes p eū factas ad cardinalatus honorē cōtra predictorū decretorū formā & tenorē ſicut defacto pro
ceſſerūt reuocet caſſet publice & ānullet nullaſq₃ fuiſſe & eſſe decernat: ꝓut hec ſctā Synodus hoc ſyno
dali decreto ſicut defacto ꝓceſſerunt eas caſſat irritat & annullat:nullaſq₃ caſſas & irritas decernit atq₃
declarat:ulteriuſq₃ a talibus uocationibus abſtineat:alias ꝓuidebit hec ſancta ſynodus ꝓut ſupiritu ſan
cto dictante utilitati eccleſie uidebitur expedire. Declarat inſuper hec ſancta Synodus uniuerſos qui pre
fatum Iohannem patriarcham aut alios taliter de facto promotos pro cardinalibus geſſerint & reputa-
uerint penas in prefatis decretis annotatas eoipſo incurrere. Datum Baſilee in ſeſſione publica in maio-
ri eccleſia ſolenniter celebrata.vi.Kalendas Octobris. Annō a natiuitate domini.M.cccc.xxxvii.

¶ Decretum de caſſatione litterarum falſe bullatarum.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalem
eccleſiam repreſentans ad perpetuā rei memoriā. Cum dudū ex ordinatione nr̄a
concorditer cōcluſa lr̄e ſub bulla huius ſacri cōcilii ſuper noīatione locorū Baſilee auinionis & Sabaudie
pro celebrando ycumenico concilio in aduentu Grecorum fuerint expedite. Vt deinde ad noticiā noſtram
peruenerit quaſdam alias litteras nominationem Florēcie & utini continentes clādeſtine: & contra ordina
tionem huius ſacri concilii fuiſſe bullatas. Cupiens hec ſancta Synodus unumquēq₃ de his rebus uera-
citer informari ne quēpiam falſa pro ueris recipiendo decipi contingat decernit & declarat omnes litte-
ras continentes nominationem quorūcunq₃ aliorum locorum pro antedicto concilio celebrando preter
iam dicta loca Baſilee Auinioñ.& Sabaudie: quibus bulla ſacri concilii inueniretur appenſa fuiſſe falſo
bullatas:& contra huius ſancte Synodi ordinationem. Nec litteris talibus ullam fidem eſſe adhibēdam:
aut ipſis ſeu earum tranſſumptis quacunq₃ auctoritate: etiam ſi papali tranſumpte fuerint eſſe utendum
huiuſmodi litteras ſic falſo bullatas caſſat irritat & dānat:ac caſſas & irritas eſſe decernit. Inhibens om-
nibus & ſingulis quauis dignitate prefulgeant: etiam ſi legatione papali de latere diſpoſitione mandato
uel quauis alia ſeu alio fungerentur officio ſub penis excōmunicatōis quam ipſo facto incurrant: ac inha-
bilitationis actiue & paſſiue:ad quaſcūq₃ pontificales aut alias dignitates eccleſiaſticas uel ſeculares:&
ad beneficia obtenta & obtinenda:ne prefatis litteris falſo bullatis aut earum trāſſumptis utanī aut uten
tibus auxilium conſilium uel fauorem in his preſtare preſumant. Datum in ſeſſione noſtra publica in ma-
iori eccleſia Baſilieñ.ſolenniter celebrata.vi. kalendas Octobris. Anno a natiuitate dn̄i. M.cccc.xxxvii.

¶ Seſſio uigeſimanona & eſt accuſatio contumacie ſanctiſſimi domini
Eugenii pape quarti facta per promotores concilii.

Die martis prima menſis Octobris. Anno a natiuitate dn̄i.M.cccc.xxxvii.in eccle-
ſia maiori Baſilieñ.in qua ſeſſiones preſentis ſacroſancte Synodi gene
d ralis Baſilieñ.celebrari ſolent uigeſimaoctaua ipſius ſancte Synodi Seſſio hoc modo exti
tit celebrata:uidelicet miſſa ſolenni de ſancto ſpiritu per reuerendū patrē dnm Georgium
ep̄m uiceñ.natiōis inclyte hiſpanice celebrata. Et demū ſuffragiis anthiphona Exaudi &c.
letaniis euāgelio ſecundū Matheū. Acceſſerūt diſcipuli ad Ieſu₃ dicētes. Quis putas eſt maior in regno ce
lorum:ac hymno Veni creator ſpūs:cū uerſiculo & colla & orone. De⁹ q corda:decātatis:p̄ſidēte in eadē
ſeſſione prefata reuerēdo p̄re dn̄o Ep̄o Viceñ.ante maius altare ubi dicta miſſa celebrata extitit in pōti
ficalibus cū mitra aurifabrata & pluuiali i cathedra & ſede eminētiori pluribuſq₃ aliis dn̄is p̄latis cū mitris

planis & pluuialibus ut in talibus in eodem Synodo fieri ſolitũ eſt ſuperioribus & eminentioribus ſedibus ſuis locis tam a dextris q̃ a ſiniſtris cõſedentibus in multitudine copioſa cõpluribuſq; dominis eccleſiaſticis diuini & humani iuris magiſtris doctoribus & ſcientificis uiris principum ſpiritualium & temporalium ac almarum uniuerſitatum ſtudiorum generalium nũciis & ambaſiatoribus: ac aliis de diuerſis mũdi partibus ibidem aſtantibus in magno numero & multitudine copioſa eandem ſanctam Synodum uniuerſalem eccleſiam repreſentantem celebrantibus conſtituti in iure coram eadem Synodo pro tribunali ſedente uenerabiles uiri dñi promotores & ꝓcurator fiſcalis eiuſdem ſancte Synodi p organũ dicti ꝓmotoris fiſcalis ſua uerba eidem ſynodo in perſonã dicti dñi epiſcopi. uicẽn. preſidentis dirigentes audientiam publicã ibidem tũc ſibi dari & cõcedi ad hanc horã humiliter & inſtanter petierunt ſupplicarũt & poſtularũt: cui ſupplicationi eadem ſancta Synodus p organũ ipſius domini p̃ſidentis annuit. Tũc idem dñi promotores & ꝓcurator fiſcalis decretũ originale monitorii ſiue citatorii ab eadem ſancta Synodo emanatũ contra ſanctiſſimũ dñm noſtrum papam Eugeniũ quartum eius Synodi uera bulla plumbea impendenti bullatũ de quo in cedula infraſcripta fit mentio: necnõ inſtrumentum publicũ executione eiuſdem per affixionẽ in ualuis p̃dicte eccleſie Baſilieñ. die date ipſius decreti facti una cum cedula accuſationis contumacie ipſius domini noſtri pape quã accuſarunt atq; petierunt: ut in eadem per ipſum procuratorem alta & intelligibili uoce lecta cõtinetur cuius cedule tenor ſequit̃ in hec uerba. Reuerendiſſimi reuerendiq; in chriſto patres: ac ceteri uniuerſi domini noſtri preſtantiſſimi hanc ſacroſanctam generalem Synodum Baſilienſem uniuerſalem eccleſiam repreſentantem conſtituentes & celebrantes cum iam dudum uidelicet pridie Kalendas Auguſti Anni preſentis Milleſimiquadringenteſimitrigeſimiſeptimi: hec ſancta Synodus conſiderans mala deformitates & ſcandala ac pericula que in eccleſia dei hactenus uiguerunt prout adhuc uigent quibus corrigendis pro ſalute totius chriſtiane plebis ex officio ſuo totis uiribus incumbere tenetur: etiam ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cuiuſcunq; auctoritatis: etiam ſi papalis exiſtant a chriſto accepit contra ſanctiſſimum dñm Eugenium papam quartum quoddã citatorium per edictũ quatenus per ſe uel aliũ ad hoc legittime deputatũ corã eadẽ ſancta Synodo: de & ſuper contentis in dicti citatorii decreto & aliis ꝓponẽdis infra ſexaginta dierũ ſpaciũ pro ſui defenſiõe aut excuſatõe allegãda uel proponenda cõpareret terminũ peremptoriũ eidem ſtatuendo ut in eo latius continetur decreuerit: qd quidem citatorium in preſenti ciuitate ac in ualuis maioris hu⁹ eccleſie Baſileñ. iuxta illius formam & tenorem per edictum executum fuerit & debite executioni demandatum. Nos Bartholomeus de fraxinio & Iohãnes Sliczrod promotores. Et ego Iohãnes Spaſſeri ꝓcurator fiſcalis ac officiarii huius ſacroſancte Synodi bullã citatorii dicte ſancte ſynodi uera bulla plumbea bullatam una cũ inſtr̃o executionis eiuſdẽ citatorii ut p̃mittit̃ facte realiter facto & inſcriptis offerim⁹ repreſentamus & ꝓducimus ac p̃fati ſanctiſſimi dñi Eugenii per ſe aut aliũ cũ ſufficiẽti mãdato infra dictos ſexaginta dies i ipſo citatorio ſibi prefixos per ſe aut aliũ nõ comparẽtis neq; cõparere curãtis. Licet ſepiſſime hec ſctã Synodus q̃ plures celebrauerit cõgregatiões in quibus aut ipſarũ aliqua ipſe dñs Eugeni⁹ cõparere infra dictũ terminũ potuiſſet cõtumaciã accuſamus: ipſumq; cõtumacem reputari: ac in cõtumacia & defectu poni & declarari per hãc ſanctã Synodũ petimus cũ inſtãtia atq; poſtulamus: necnõ eundẽ dñm Eugeniũ alta uoce ad ualuas huius maioris eccleſie Baſilieñ. per duos reuerẽdos in xp̃o patres dños ep̃os una cũ notariis huius ſacri cõcilii iuxta mores antiquos uocari: & relationẽ uocationis fieri inſtanter requirimus de quibus omnibus per nos ꝓmotores: & ꝓcuratorẽ fiſcalẽ antedictos: dictis ꝓpoſitis & requiſitis noie quo ſupra a nobis reuerẽdis patribus dñis prothonotariis ac ẽt notariis huius ſacri cõcilii & ſcribis petimus ad futuram rei memoriã unum uel plura publicũ uel publica cõfici inſtr̃a. Ad quorũ petitionẽ & mandatũ ipſius ſancte Synodi lecte prius p̃dicto executionis inſtr̃o & dicto citatorii & monitorii decreto: cũ in eodẽ loco dum editum fuit & emanatũ alias lectũ fuiſſet. Habito ꝓlecto reuerẽdi in xp̃o patres & dñi dñi Matheus albinganeñ. & Aymo grationopolitan⁹ epiſcopi de mandato eiuſdẽ ſancte ſynodi per organũ dicti dñi p̃ſidentis eis facto primo dictũ dñm noſtrũ papã ſup gradus antedictũ maius altare alta & intelligibili uoce per organũ ipſius dñi Ep̃i Albinganeñ. uocarunt & ꝓclamarunt clamoroſa inſinuatiõe ſub his uerbis. Ex parte ſacre Synodi publice & ſolẽniter requirit̃ ſanctiſſimus dñs Eugenius papa quartus quatenus ſi uigore citationis cõtra eum nouiſſime per eandẽ ſanctã ſynodũ decrete duxerit ſe cõſpectui hui⁹ ſancte Synodi p̃ſentandũ ad ſe defendẽdũ & excuſandũ ſuper his de quib⁹ huic ſancte Synodo delatus eſt. Cõpareat corã hac ſancta ſynodo ad hunc actum pro tribunali ſedente que eidem pollicetur gratã & debitam audientiã. Similiter ex parte eiuſdẽ ſancte ſynodi omnib⁹ intimat̃ quatenus ſi quis ſit q mandatũ habeat ſufficiens ad cõparẽdum pro eodem dño Eugenio cõpareat coram eadẽ ſedente ut ſupra: hec aũt ſancta ſynodus pollicetur cuilibet exigente iuſtitia audientiam gratam &c. Qui dñs noſter papa ſic uocatus & ꝓclamatus: nec aliquis pro eo comparuit nec reſpõdit. Vnde ipſi duo dñi epiſcopi ante ualuas ſeu portas ipſius eccleſie acceſſerũt: & iterũ & cum pauſata intermedia inſtantia trina uice alta & intelligibili uoce & clamoroſa inſinuatione prefatum dominũ noſtrum papam uocarũt & ꝓclamarunt per organũ cuius ſupra

ſub eiſdē uerbis ſupraſcriptis. Prout etiā prouidi uiri Arnoldus amici Iohānes kempner & gotfridus dorſten ipſius ſancte ſynodi Curſores uocibus eleuatis reiteratis uicibus uocarūt & ꝓclamarūt. Qui dn̄s noſter papa Eugeni⁹ nec aliquis pro eodem ibidē comparuit: neq3 quibus ſic factis ipſi duo dn̄i epi ante cōſpectū ipſius ſancte Synodi in mediū reuerſi: ſe predictū dn̄m noſtrū papam ut ſupraſcriptū eſt uocaſſe, & proclamaſſe: & per dictos curſores ꝓclamatū & uocatum fuiſſe: quodq3 nec ipſe nec aliquis pro eo cōparuerat neq3 reſponderat eidem ſancte Synodo retulerunt. Preterea prefati promotores: & procurator fiſcalis per organum ipſius procuratoris cōtumaciam prenominati domini noſtri pape iterato accuſarunt ipſumq3 ſuper omnibus & ſingulis in dicto citatorii decreto contentis contumacem reputari: & ad ulteriora procedi: & alias decerni: & fieri ut in quadam alia cedula per ipſum procuratorem: etiam alta & intelligibili uoce ibidem lecta continetur cuius tenor talis eſt. Nos promotores & procurator fiſcalis antedicti quo ſupra nomine iſtam uocationem & relationem ut premittitur factas inter acta huius cauſe: & ſacri concilii petimus regiſtrari dictamq3 citatorii bullam & inſtrumentum executionis prout ſuperius producta ſunt: iterato repetimus & reproducimus & apud acta ſacri concilii: & cauſe huiuſmodi inſeri & regiſtrari petimus. Et quia prefatus dominus Eugenius de & ſuper contentis in dicto citatorio legitime citatus ſufficienterq3 expectatus: nec per ſe nec per alium infra dictos ſexaginta dies curauit atq3 curat comparere ipſiuſq3 contumaciam accuſamus. Ipſumq3 ſuper omnibus & ſingulis in dicti citatorii decreto contentis prout iuſtitia ſuadet: & iuris ordo poſtulat atq3 rationis contumacem reputari: in cauſaq3 huiuſmodi in eius contumaciam eius abſentia diuina repleta preſentia & ipſi ſancte Synodo uidebitur expedire: & uniuerſali eccleſie ſancte dei neceſſarium fuerit & utile ad ulteriora procedi: ac proceſſum per audientiam cōtradictarum aut alias prout uidebitur decerni per ipſam ſanctam ſynodum inſtantiſſime poſtulamus. Requirentes dominos prothonotarios & notarios huius ſancte ſynodi ut omnia in cauſa huiuſmodi acta & producta ac ordinata apud acta ſacri concilii & cauſe huiuſmodi regiſtretis necnon quo ſupra nomine a uobis dominis prothonotariis & notariis petimus ad futuram rei memoriam unum uel plura publicum uel publica confici inſtrumenta. Huiuſmodiq3 cedula ſic lecta: & per eandem Synodum audita: ipſa ſancta Synodus per organum predicti domini preſidentis precepit & iniunxit prefato domino epiſcopo Albiganeñ. ut Ambonem in quo decreta ipſius ſancte Synodi per eandem ſanctam Synodum pronunciari & legi ſolent: dum eduntur aſcenderet: & declarationem prefati domini noſtri pape alta & intelligibili uoce nomine ipſius ſacroſancte Synodi legeret & pronunciaret prout infra. Qui quidem dominus epiſcop⁹ albinganeñ. mandatis ipſius Synodi obediēs dictum ambonem aſcēdit: dictāq3 ipſius domini nr̄i pape contumaciā & ꝓceſſus ad ulteriora declarationē in ſcriptis alta & intelligibili uoce noīe ipſius ſacroſctē ſynodi legit & ꝓnunciauit prout in eadē cedula per eum lecta ꝯtinetur. Cuius tenor ſequitur ſub his uerbis hec ſancta Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalē eccleſiā repñtans: & ad hmōi actum legittime congregata: & pro tribunali ſedens audita petitione promotorū & procuratoris fiſcalis eiuſdē ſctē Synodi & ex eorum relatione: & ꝓductione inſtr̄orum uiſa eiuſdem dn̄i Eugenii pape cōtumacia in non parēdo citatorio eiuſdem ſacri cōcilii recepta ēt ſuper hoc ad maiorē cautelam per deputatos eiuſdē ſynodi informatione tam de predictis q̄ de noticia eiuſdē citatorii in romana curia decernit declarat & reputat dictū dn̄m Eugeniū legitime citatum ſufficienterq3 expectatū fuiſſe & eſſe cōtumacē ac eius abſentia: nō obſtāte diuina eandē replēte pn̄tia cōtra eundē dn̄m Eugeniū papā ad ulteriora fore ꝓcedendū put ſacro cōcilio uidebit̄ cōſideratis neceſſitatib⁹ & utilitatib⁹ uniuerſalis eccleſie: Qua ſiquidē cōtumacie declaratōe & ꝓceſſus: decreto ſic lecto: prefatus dn̄s Ep̄us albinganeñ. petiit eidem ſacroſctē Synodo: an hmōi declaratōis: & decreti pronunciatio per eum de mādato ſacre ſynodi ut prefert facta & lecta ipſi ſancte Synodo placebat: que ſacroſctā ſynodus alta uoce reſpōdit per uerbum, placet. De quibus omnibus & ſingulis premiſſis prefati dn̄i ꝓmotores nomine ꝓmotorio eiuſdē petierūt a reuerendis patribus dn̄is ſctē ſedis apl̄ice ꝓthonotariis & nobis notariis & ſcribis dicte ſancte ſynodi ad perpetuam rei memoriā fieri atq3 tradi unum & plura publicū & publica inſtrumentū & inſtrumenta: celebrata ſiquidē ſolenniter extitit predicta ſeſſio & acta fuerūt omnia ſupradicta ubi & prout ſupraſcripta ſunt. Et interfuerunt ibidem preſentes uenerabiles & circūſpecti uiri dn̄i & magiſtri Egidius caminoti in medicina pariſieñ. & Iohannes de ſegobia in theologia Magiſtri ſalamantineñ. almarum uniuerſitatum ſtudiorum generalium in dicta ſancta Synodo ambaſiatores Guilhelmus kircher dictus de conſtantia: & Iohannes de comitibus archipreſbyter papieñ. decretorum Stephanus de nouaria legum doctores & Robertus anclou licentiatus in decretis Canonicus Cameraceñ. cum pluribus aliis requiſitis & rogatis.

¶ Seſſio de reuocatione pretenſe bulle pape ſuper tranſlatione concilii facte.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalem eccleſiam repreſentans: Ad perpetuam rei memoriā. Cōpatiens hec ſctā ſynodus miſerabilib⁹ eccleſie morbis & languorib⁹ capitis atq3 mēbrorum ex intimis cōdolens uiſceribus poſt editionem ſaluberrimoꝝ

decretorum in obſeruationẽ legis dñi & antiquorũ canonum poſt benignas & charitatiuas admonitiones
ſũmo pontifici p oratores plurimos directas poſt annorũ plurimã expectationẽ cũ multa patiẽtia deductã
cum & decreta cõtẽni & admonitiões paruipẽdi:& inde ſcandala diuiſiones & ſciſmata creſcere uideret
uitiaq; & peccata maiorib⁹ adoleſcere incremẽtis cõpulſa eſt tandem Synodus ipſa regimini eccleſiaſtico
puiſionẽ querere ſalutarẽ & ſummũ pontificẽ ad hoc uehemẽtius excitare ut q̃ ad ipſi⁹ & uniuerſe eccle
ſie ſalutẽ erant efficaciter agere curaret : cuius exemplũ ſubditi facile imitant̃.Et qm̃ ut ſapiens loquit̃ me
lius eſt manifeſta correctio q̃ amor abſcõditus:meliora ſunt uulnera diligẽtis q̃ fraudulẽta blandiẽtis oſcu
la:defectus aliquos debiti regiminis qui eccleſie dei dicti fuerũt flebili querela cõmemorauit:ut in melius
emẽdarent̃:nec ipſius ſummi põtificis aut aliorũ ualerẽt diutius obeſſe ſaluti : et ut oĩs patiẽtia exhiberet̃:
nulla poſita eſt penarũ adiectio ſed tantũ terminus ↄueniens p̃fixus extitit:ut infra illum aut per ſe aut p
alium ipſe in hac ſancta ſynodo cõparere atq; ſic debito regimini eccleſie prout publica neceſſitas maxi
me impellebat opportune puideret̃ ueluti forma citationis edite apertius iudicauit:quod & maxime hec
ſancta Synodus agere urgebat̃:dum poteſtatẽ habet imediate a chriſto:ſuper uniuerſos fideles cuiuſcun
q; ſtatus etiã ſi papalis exiſtãt in his p̃ſertim que ad reformatiõem ptinẽt. Dumq; ob ipſam cãm reforma
tionis cõgregata eſt:que nullatenus perfici põt niſi ſummus pontifex ad eam reformationẽ cum effectu ca
peſcendã ſuum inclinauerit animũ.Cum & iam experiẽtia docuerit ex editiõe decretorũ ex qua ſalus effi
ci debuerat in locis pluribus turbatiõem fuiſſe ſubſecutã: dum ea per ſummũ põtificem infringunt̃ cuius
auctoritate ſe tuent̃ q huiuſmodi decretis aduerſari uolũt.Difficile quoq; ceteri corrigunt̃: ſi regimen ipſi
us ac curie ſue nõ uiderint emendatum quod ab ipſis trahit̃ in exemplũ.Verum ſummus ipſe pontifex pre
ſtam citatõem pro tanta neceſſitate publice ſalutis emanatã:que & ſi nõ placẽtia tamẽ ſalubria cõtinebat
aliquãtulũ moleſtius primo aſpectu ferens quãdam ſue ordinatiõis paginã in aduerſum pmulgaſſe dicit̃:
In qua primũ de pſecutione reductiõis grecorũ uaria recitans ad impugnatiõem electiõis loci pro ycume
nico cõcilio per hanc ſanctã Synodũ facte ſe cõuertit.Solam Auinionen̄.ciuitatẽ cõmemorans que rebus
utiq; gerẽdis cõmodiſſima eſſe dignoſcit̃:omniq; pace & ſecuritate gaudere tacita ueritate de Baſilea &
Sabaudia in eadem electione ↄiunctis. Verũ cũ noſtram illã electionẽ & decreto cum grecis edito plene
ſatiſfacere cõſtet atq; loca rebus agẽdis cõmodiſſima omniq; nationi opportuna manifeſte ↄtinere nõ ne
ceſſe eſt:ut de hac re longiorẽ ſermonẽ ptrahamus:nec ſummus ipſe pontifex laborẽ declinandi in alterũ
locorum illorum recuſari debet ſi bonum rei huius tanto effectu deſiderat ſicut in ſuis litteris predicauit.
Referre preterea diuiſionẽ in huius electionis locorũ negocio proh dolor ſuſcitatam quã & ſe cõfirmaſſe
oſtendit quã utinã poti⁹ extinguere curaſſet.Nã & poſtq̃ galee & pecunie in Auinione p locis p hanc ſan
ctã Synodũ electis expedite fuerãt ipſe alias galeas in Cõſtantinopolim mittere curauit diuiſionẽ latine
eccleſie corã grecis ex duplici legationis miſſione demonſtraturus:que quãtum honori eccleſie latine:quã
tum unioni grecorũ pſequẽde diſcõueniant:nemo eſt q nõ uideat.Inſuper iuſtificare nititur:quod p uene
rabilem Iohãnem archiepm̃ tarentinum oratorem ſuum in miſſione certarum lr̃arum ſuper hmõi diuiſio
ne electionis trãſmiſſarũ factũ eſt ꝙ ſubticere honeſtius fuiſſet:ne nos pro tuenda noſtra iuſtitia rẽ illam
magis aperire cogeremur.Nam & litteras illas clãdeſtine & falſo bullatas fuiſſe:iam notoriũ eſt & ſi ſum
mus pontifex de cõfeſſione ipſius archiepi & aliis circũſtantiis uerã informationẽ acceperit : nõ impinget
in huius ſacri cõcilii libertatẽ quod ipſe archieps in cãm pper eam rem tractatus ſit aut in domo ppria
arreſtatus.Sed ad impugnandũ eandẽ libertatẽ cuiuſdã pcuratoris ipſius archiepi captionẽ nobis obucit:
quã iuſſu noſtro cõſtat nullatenus fuiſſe pactam:imo pcuratorẽ ipſum iuſſu cuiuſdã prelati ſcandaloſe tur
bationi obuiare uolentis quã pcurator ipſe per appellationẽ emittendã ab hoc ſacro cõcilio ueriſimiliter
uidebat̃ eſſe facturus p publicũ officialẽ captũ:hec ſancta Synodus pro ſua manſuetudine illico iuſſit ex
pediri qui & pcurator adhuc nobiſcũ in plena libertate uerſat̃.Nec p̃terea uerũ eſt p hoc ſacrũ cõciliũ aut
iuſſione ipſius aliquod ſpoliũ priori furnenſi uelut memorate lr̃e p̃tendunt fuiſſe irrogatũ:licet lr̃e alique
plurima ſcandaloſa aduerſus hanc ſanctã Synodũ & ſuppoſita eiuſdẽ cõtinentes abſq; tamẽ noſtro ſcitu
longe ab hac ciuitate eidẽ dicant̃ erepte. Nec tã leues colores ad ipugnationẽ libertatis hui⁹ ſacri cõcilii
querere oportuit cũ & iam toti mũdo cõſtare poſſit tante libertatis & ſecuritatis plenitudinẽ hic adeſſe:ut
nullũ locũ liberiorẽ aut ſecuriorẽ q̃ ipſam ciuitatẽ Baſilien̄.ſub impiali ptectione cõſtitutã:& optima poli
tia gubernatã credam⁹ inueniri:Ceterũ aduerſus citationẽ emanatã plurima pferre conat̃:que oĩa ex ſupio
ribus rõnibus euidẽtiſſime cõfutant̃.Et ſperandũ eſt ubi re ipſa plenius digeſta ſumm⁹ pontifex effectũ ci
tationis huius aduerterit in querẽda ipſius & aliorum ſalute uerſari ut languor acerrim⁹ a corpore myſti
co eccleſie depellat̃ non adeo aduerſus citationem ipſam ſuccenſebit : que & ſi aliquid amaritudinis more
ſalubris medicine in primo guſtu ferre uideat̃:eam tamen in nouiſſimis iucũdã & ſalutiferã eſſe deo aſpirã
te pſentiet:nec eam bono publico aut charitati aduerſam : imo poti⁹ ſue ſaluti ac eccleſie neceſſitati accõ
modam fuiſſe cognoſcet:quod uero tale aliquid priora ignoraſſe ſecula commemorant ſi rerum geſtarum
percurrat hiſtorias:non tantum ſummos põtifices de corrigendis defectibus fuiſſe admonitos cõſpiciet

ſed etiã depoſitos a papatu:ac etiã nõnullis obediẽtiã ex multis cauſis fuiſſe ſubtractã. Sed ſi abuſuũ incre
mẽta nũc uigentia:ſi longã & fortẽ aduerſus ſanctã Synodũ & reformationẽ eccleſie reſiſtentiã pſeueran
tem que priora ſecula ignorarũt aiaduertat nihil admirabiẽ huius citationis nunc repertũ fuiſſe antidotũ.
Ommittimꝰ uerba q̃ aduerſum nos grauia ꝓferunt recenſere omnia mãſuetis & mitibꝰ animis ſuſtinẽtes
dũ ſalutẽ eccl'ie ꝓſequamur. Sed deniqꝫ ſummus põtifex talibus qualibus ſupradictis coloribus ſuffultus
dũ huic ſancte Synodo in hiis p̄ſertim que ad reformationẽ ptinent obedire tenet:& ad eandẽ euocatus
aut ſup rebus ꝓpoſitis in eã excuſationẽ afferre aut cunctis in melius emendatis regimini eccleſiaſtico do
nare ſalutẽ ipſe hanc ſanctã Synodũ diſſoluere ac in ciuitatẽ Ferrarieñ. trãſferre conat cũ plurimarũ adie
ctiõe cenſurarum. Si uirtute prefati citatorii in aliquo ꝓceſſum fuerit aut aduerſus eũ ſeu ſancte romane
eccleſie cardinales aut p̄ſidentes oratores ſuos qui in hoc cõcilio fuerunt:aut aliquẽ ipſorũ aliqua nouitas
illata fuerit:uel etiã quicq̃ a die citatorii factũ cõtinuatũ uel ſeruatũ extiterit. Eſt ne hec obediẽtia quã cõ-
ciliis gñalibꝰ p ſũmos pontifices & alios quoſcũqꝫ ſacra cõſtãtieñ. Synodus in hiis p̄ſertim que ad refor-
mationẽ ptinẽt declarauit exhibendã:memor uerborũ xp̄i qui poſtq̃ Simoni petro dixerat ſi te nõ audierit
dic eccleſie:ſi eccleſiã nõ audierit ſit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus cõtinuo ſubiecit: Amen dico uobis
quecũqꝫ ligaueritis ſup terrã erunt ligata & in celo:quã & eccleſie auctoritatẽ a chriſto donatã eſſe etiam
ſupra papã. Si quis prius ambiget iã hoc ipſius magne Synodi cõſtantieñ. auctoritas aperte declarauit eu
ius hec uerba ſunt: Ipſa Synodus i ſpiritu ſancto legitime cõgregata uniuerſalẽ eccleſiã repñtans poteſta
tem a xp̄o immediate habet cui quilibet cuiuſcũqꝫ ſtatus uel dignitatis: et ſi papalis exiſtat obedire tenet
in hiis que ptinent ad fidẽ & extirpationẽ p̄dicti ſciſmatis ad gñalem reformationẽ eccleſie dei in capite
& in mẽbris. Item declarat q qui cũqꝫ cuiuſcũqꝫ ſtatꝰ:etiã ſi papalis exiſtat q mãdatis ſtatutis ſeu ordina-
tionibꝰ huiꝰ ſctẽ Synodi:& cuiuſlibet alteriꝰ legitime cõgregate ſeu ptinentibꝰ ad ea factis & faciendis
cõtumaciter obedire cõtempſerit niſi reſipuerit cõdigne penitẽtie ſubiciat & debite puniat:etiam ad alia
iuris ſubſidia recurrendo quorum uirtute decretorum ſubſecuta fuit felicis recordationis pape Martini ele
ctio:cui ipſe dñs Eugeniꝰ ſucceſſit:qui etiam ipſi cõſtantieñ. cõcilio cũ eſſet in minoribus p̄ſens interfuit.
Iam uero ipſe nõ ſolum non obedit Synodo generali ſed & ſuper illam in reformationis proprio negocio
ſe iudicem cõſtituere molitur eã ꝓpria uolũtate diſſoluere uolens atqꝫ in alium locum ſue origini propin
quum euocare ubi ſicut uèriſimiliter creditur ita dominari ſperat ut reſiſti ſue non poſſit uoluntati ſed nec
eum decuit obliuiſci:quod iam altera uice diſſolutionem Synodi facere attemptauerit quam deinceps re
uocare & inanẽ atqꝫ irritã fateri oportuit. Scire inſup debuit iam dudũ in hac ſctã Synodo fuiſſe ſolẽniter
decretatũ:aſſentiẽtibꝰ plurimis ſctẽ romane eccleſie cardinalibꝰ quorũ aliqui adhuc de p̄ſiti cũ eo ſunt ut
hoc cõciliũ per papã ſine expreſſo cõſenſu duarũ partiũ eiuſdẽ cõcilii uotis ſingulorũ per deputatiões:& in
gñali cõgregatiõe ſcrutatis:poſtea ſolẽni Seſſione ſubſecuta diſſolui non poſſit aut de loco ad locũ tranſ-
mutari penis oibꝰ atqꝫ cenſuris ferẽdis in aduerſum extunc caſſatis & irritatis formidare:preterea debuit
aliud concilium in ferraria eligere cum alio decreto perantea edicto declaratũ ſit omne conciliũ quod iſto
durante alibi contigerit eligi non fore concilium ſed ſciſmaticorum conuenticulum. Intelligitur aũt durare
hoc concilium iuxta premiſſi decreti ſeriem donec ex conſenſu duarum partium eius fuerit diſſolutũ: que
decreta ipſius domini Eugenii ſubſequẽti adheſiõe corroborata ſunt ac per ſuos oratores p̄ſidentes ſaltẽ
noibꝰ ꝓpriis iurata:ſed & antea in decreto cõcilii cõſtantieñ. quod incipit frequens:fuerat ordinatũ ut lo
cus futuri cõcilii cum cõſenſu ipſius concilii cõgregati eligi deberet:& ſi cõcilio diſſoluto locum illum mu
tari oporteat ex cauſis legitimis tunc alius locus eiuſdem nationis eligi deberet. Si uero cauſe ille totã na
tionem concernerẽt locus uicinior aſſumeret:quod ſi locũ futuri concilii alio tempore celebrandi ſine con
ſenſu concilii actu congregati aſſignare:& niſi ad loca ibidẽ declarata mutare non poteſt multominus con
cilium congregatum incontinenti ſine ipſius conſenſu:ad locum alium ſua uoluntate tranſferre:deniqꝫ nõ
debuit obliuiſci decreti ſuper conuentione grecorum per ipſum approbati. Quo cauetur concilium in Ba-
ſilea firmiter eſſe permanſurum donec greci ad portum per hanc ſanctam Synodum eis nominandum
peruenerint. Quo pacto igitur quo ue conſilio nunc huius concilii diſſolutionem aut tranſlationem effi-
cere fruſtra conatur:ſed quis uſus ille eſt plenitudinis ſue poteſtatis dum ſit contra aliquem oratorum ſuo-
rum utpote archiep̄m Tarentinum de quo mentionem fecerat:quicq̃ agat pro debito iuſtitie ob eam cau
ſam uult etiam cõcilium diſſolui:deniqꝫ unionem Bohemorũ quam tantis laboribus hec ſancta Synodus
perquiſiuit:dum pro ultimato eius complemento inſtamus conturbare nititur huius pretenſe ordinationis
ſeries que ultra triginta dies hanc ſanctã Synodũ huic negocio ꝓhibet intendere. O admiranda conſilia
que ad enarrationem auctoritatis eccleſie:& ſui ipſius deſtructionẽ ſummo põtifici ſuggerunt:que ſi cõni
uentibus oculis pertranſiret hec ſancta Synodus tota cõfundi timeretur eccleſie auctoritas. Et quis in pa
patũ aſſumptꝰ poſſet uniuerſam xp̄ianitatẽ ꝓ ſua uolũtate decolorare nec nulla eſſet reſiſtẽtia? Quinimo
& accuſatꝰ de hereſi:aut quouis crimine cõfeſtim Synodũ accuſantẽ & corripiẽtem diſſoluere tẽptaret ne
ſubiret iudicium? Nunc quoqꝫ dolentiſſime ferendũ eſt tale exemplum a dño Eugenio donari poſteris:ut

iudiciũ ſubterfugiẽdo ad deteſtabile refugiũ p̃tenſe diſolutiõis cõcilii ſe cõuertat: qui & nõ recte de aucto
ritate eccleſie ſentire uideť dũ ipſius eccleſie cõgregate cui uti declaratũ eſt obedire tenetur ipſe ſe iudicem
cõſtituit: & aduerſus tot decreta tot ſanctiões conciliorũ eã conať diſſoluere qui tamen dudũ in adheſiõe
ſua cũ de reuocatiõe litterarũ incipiẽtium deus nouit mentio habereť ipſe quicquid p eũ aut ſuo nomine
in p̃iudiciũ aut derogationẽ huius Baſilieñ. cõcilii ſeu cõtra eius auctoritatẽ factũ attẽptatũ ſeu aſſertum
erat caſſauit irritauit & annullauit nullaq; irrita fuiſſe & eſſe declarauit: & ſe deinceps a nouitatibus &
grauaminib⁹ ſeu p̃iudiciis inferẽdis huic ſacro cõcilio aut ſuppoſitis eius & adherentib⁹ realiter & cum
effectu deſiſtere pollicit⁹ eſt. Cũ igiť talia in aduerſum ppetrata que uniuerſis fidelib⁹ deteſtãda & abhor
renda ſunt nullatenus ſub diſſimulatione pertrãſire ualeamus: Volens hec ſancta Synodus ſicut teneť de
opportunis remediis prouidere: declarat hmõi p̃tenſam diſſolutionẽ huius cõcilii ac tranſlationẽ in ciuita
tem Ferrarieñ. per dñm Eugenium papam quartũ factas cũ oibus cenſuris penis & aliis inde ſecutis nul
las eſſe penituſq; irritas & inanes: mandãs obſecrans: & precipiens eidẽ ut hec ſicut de facto pceſſerunt
reuocare habeat: & aduertat ipſe penas que dudum in decreto huius ſancte Synodi quod icipit. Quoniã
frequens: etiã ante ipſius adheſionẽ in undecima Seſſione pmulgata cõtra romanũ pontificẽ: ac cõcilium
generale quoquõ diſſoluẽdum imitandũ progãdum operã dantẽ plate fuerunt ubi expreſſe caueť: q ſi ro
manus pontifex talia agens infra quattuor mẽſes cũ reali ſatiſſactõe nõ reſipuerit: extunc a papali admini
ſtratione ſit ipſo facto ſuſpẽſus que qdẽ papalis adminiſtratio ad ſacrũ generale ↄciliũ ipſo iure deuoluať:
quod ſi penã ipſam p duos mẽſes poſt p̃dictos quattuor ſuſtinuerit aio idurato cõtra ipſum uſq; ad priua
tionẽ incluſiue p cõciliũ generale pcedať quaſquidẽ penas hec ſctã Synodus ipſum dñm Eugenium niſi
reſipuerit decernit & declarat incurſurũ iuxta terminos in p̃dicto decreto undecime ſeſſionis prefixos: ad
quarũ penarũ executionẽ niſi reſipuerit ut p̃libatũ eſt merito pcedemus. Inſuper hec ſctã Synodus oẽm
noiationem electionẽ aſſumptionẽ loci ferrarieñ. factam tanq̃ decretis ipſi⁹ Synodi repugnãtem ſicut de
facto pceſſit caſſat irritat imo uerius caſſam & irritam eſſe declarat. Et caſu quo in eadẽ ciuitate aut alibi
aduerſus p̃fatorum decretorũ noſtrorũ tenorẽ ſũmus ipſe pontifex cõcilium exigere inceperit uel incipiet
in futurum: Mandat & p̃cipit hec ſctã Synodus uniuerſis ſancte romane eccleſie cardinalibus patriarchis
archiepis epis & aliis quibuſcũq; in curia dicti dñi Eugenii exiſtẽtibus qui Synodis generalib⁹ de iure
uel conſuetudine intereſſe tenentur: ut ad hoc ſacrum cõcilium Baſilieñ. Ceteri uero ad loca ſuorum bñfi
ciorum uel alibi extra curiam ſe trãſſerant ſub penis excõicationis priuationis oium bñficiorũ dignitatũ &
officiorũ: & inhabilitationis perpetue: quas ſi cõtra fecerint ipſo facto incurrant. Inhibet p̃terea ſub eiſdẽ
penis hec ſctã Synodus ne quiſquã cuiuſuis ſtatus & dignitatis etiã ſi cardinalis patriarcha archieps uel
eps fuerit ab hac ſctã ſynodo uigore ſeu p̃textu diſſolutiõis aut tranſlationis p ipſum dñm Eugenium fa
cte recedere audeat: uel ab actibus cõciliarib⁹ nullo pacto deſiſtere ſeu hmõi tranſlationi uel diſſolutioni
qũolibet obedire. Decernit quoq; hec ſctã ſynodus ut oẽs & ſinguli ad hoc cõcilium libere accedere poſ
ſint: ac ſi p̃fate diſſolutio & trãſlatio p̃tenſe nullatenus emanaſſent: nec quiſquã uenientem ad hoc ſacrũ cõ
ciliũ quouiſmodo habeat ipedire. Vniuerſis quoq; chriſtifidelib⁹ ſub penis excõicationis inhibet quacũ
q; dignitate eccleſiaſtica uel ſeculari: ac ẽt ſi cardinalatus patriarchali archiepãli põtificali impiali regali:
uel alia quacũq; prefulgeant dignitate ne ad tale p̃tenſum ↄciliũ p ipm dñm Eugeniũ ut p̃mittiť erectum
uel erigẽdũ accedere uel mittere p̃ſumãt: neq; etiã uniuerſitates collegia capľa cõitates ad tale pretenſum
cõciliũ mittant quod ſi fecerint ipſo facto eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. ¶ Deniq; ne ipſe dñs Euge
nius iugiter grauiora grauioribus addere p̃ſumat noua ſciſmata & ſcandala ſuſcitãdo: auctoritatẽq; uris
eccleſie uehementius impugnãdo inhibet eidẽ hec ſancta Synodus: ne deinceps aduerſus ipſam quicq̃ in
nouat eandẽ uel eius ſuppoſita & eidẽ adherẽtes pturbãdo uel moleſtãdo ſeu iã attẽptata cõtinuet: ac ẽt
uniuerſos qui bñficia dignitates pſonatus & officia ſuppoſitorũ hui⁹ ſacri concilii: ſeu eidẽ cõcilio adherẽ
tiũ impetrauerint ſeu obtinuerint ſeu impetrare tẽptauerint uel obtinere: ẽt ſi motu pprio cõceſſa fuerint
& oẽs q hmõi impetrationẽ prouiſionẽ uel bñficiorũ quorũcũq; aſſecutionẽ fauorẽ uel auxiliũ dederint:
quacũq; p̃fulgeãt dignitate ut p̃mittiť eccľiſtica uel ſeculari ẽt ſi uniuerſitates cõmunitates collegia uel
capľa fuerint aliquod ſeu aliqua ſuppoſitorũ huius concilii & eidẽ adherentiũ uigore ſeu p̃textu p̃tẽſe or
dinationis per ipſum dñm Eugeniũ facte in ſuis bñficiis ac aliis rebus moleſtauerint uel perturbauerint
quacũq; auctoritate ordinaria uel delegata Decernit eadẽ ſancta Synodus penis excõicationis priuatio
nis ab omnibus bñficiis officiis & dignitatibus ac inhabilitationis ad eadẽ quãtũ ad ſingulares perſonas.
Et ſi uniuerſitates cõmmunitates uel collegia aut capitula fuerint interdicto eccleſiaſtico ipſo facto ſubia
cere decretis aliis huius ſancte Synodi: que incipiunt: ambitioſorum. & ut ſacri. & cum chriſti eccleſia. &
aliis quibuſcũq; ipſius decretis & ordinationibus in ſuo robore duraturis. Inſuper uniuerſis prelatis: etiã
pontificali dignitate prefulgentibus capitulis uniuerſitatib⁹ cõmunitatibus & collegiis & aliis quibuſcũ
q; perſonis eccleſiaſticis ſub penis predictis quo ad ſingulares pſonas & quo ad cõmunitates uniuerſita
tes collegia capitula ſub penis ceſſationis a diuinis & interdicti: quas ſi contra fecerint incurrant ipſo fa

cto:Prohibet hec ſancta Synodus ne aliquē qui prefata beneficia dignitates & officia ſuppoſitorū huius ſacri cōcilii & eidem adherētiū ſicut premittit obtinuerit recipere ſeu admittere ad poſſeſſiōem uel inueſtire quouiſmodo audeant litteris quoqꝫ prouiſionibus & mandatis papalibus uel quibuſcūqꝫ quacūqꝫ auctoritate ordinaria uel delegata:ſub quacunqꝫ cēſuris uel penis emanatis ſuper hmōi priuationib⁹ ac prefatorum beneficiorū dignitatū pſonatuū & officiorum collationibus hec ſancta Synodus decernit nullatenus fore obediēdum:qꝙqꝫ aduerſus penas ſuperius premiſſas nullus reſtitui:& ad diuinorū celebrationem rehabilitari reintegrari:ſed nec a ſnia excōicationis excepto dūtaxat in mortis articulo abſolui:uel etiam quo ad cōitates & capitula ac uniuerſitates & collegia interdicta relaxari niſi per hanc ſanctam Synodū poſſint:ut aūt nullus huius noſtre ordinationis & decreti poſſit quouiſmodo ptendere ignorātiam uolumus & mādamus hāc pſentem paginam ualuis huius eccleſie cathedralis Baſilieñ.ſub noſtra bulla affigi atqꝫ publicari & per affixionē ipſam eidē dño Eugenio: ac uniuerſis & ſingulis intimari.Nulli ergo ciuo hominum liceat hanc paginam noſtre uolūtatis decreti mādati caſſationis irritationis inhabilitationis priuationis excōicationis interdicti a diuinis ceſſationis affixionis & intimationis infringere:uel ei auſu temerario cōtraire.Si quis aūt hoc attēptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & uniuerſalis eccleſie ſe nouerit incurſurum.Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ. quarto Idus Octobris celebrata.Anno a natiuitate domini Milleſimoquadringenteſimotrigeſimoſeptimo.

❡Seſſio trigeſima ſuper modo cōmunionis .

Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſpiritusancto legitime congregata uniuerſalem eccleſiam repreſentans.Ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidius uideat pro declaratiōe catholice ueritatis quid circa perceptionē ſacre euchariſtie tenendum ſit & agēdum ꝓ utilitate & ſalute populi chriſtiani poſt diligētem perſcrutationē diuinarum ſcripturarum ſacrorumqꝫ canonum & doctrinarum a ſanctis patribus & doctoribus traditarum in hac ſancta Synodo longis tēporibus habitam : cōſideratiſqꝫ omnibus que pro declaratione huius rei conſideranda fuerunt decernit & declarat eadem ſancta Synodus:qꝙ fideles layci ſiue clerici cōmunicantes & non cōficientes non aſtringūtur ex precepto dñi ad ſuſcipiēdum ſub utraqꝫ ſpecie panis ſcꝫ & uini ſacrum euchariſtie ſacramētum. Sed eccleſia que regit ſpiritu ueritatis ſecum manente i eternum:& cum qua chriſtus manet uſqꝫ ad cōſūmationē ſeculi ſicut ait diuina ſcriptura ordinare habet quomodo ipſis non conficientibus miniſtretur prout pro reuerētia ipſius ſacramēti & ſalute fidelium uiderit expedire:ſiue autem ſub una ſpecie ſiue ſub duplici quis cōmunicet ſecundū ordinationē ſeu obſeruationē eccleſie proficit digne cōicantibus ad ſalutem.Nec nullatenus ambigendū eſt quod nō ſub ſpecie panis caro tantū:nec ſub ſpecie uini ſanguis tantū ſed ſub qualibet ſpecie eſt itegre totus chriſtus. Laudabilis quoqꝫ cōſuetudo cōicandi laycum populū ſub una ſpecie ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta :& hactenus diutiſſime obſeruata:& a doctoribus diuine legis ſacrarū ſcripturarū atqꝫ canonum multam peritiam habentibus iam a longeuo tempore cōmendata pro lege habenda eſt:nec alicui licitum eſt eam reprobare : aut ſine auctoritate eccleſie ipſam immutare. Datum Baſilice in noſtra ſolēni & publica Seſſione.x. kalendas Ianuarii.Anno a natiuitate domini Milleſimo quadrigenteſimotrigeſimoſeptimo.

❡Seſſio trigeſimaprima de cauſis.

Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ. i ſpiritusancto legitime cōgregata uniuerſalem eccleſiam repreſentās: ad futuram rei memoriam.Ad eccleſiaſtice ſolicitudinis ſtudium iugiter inuigilare cōuenit ut fraterna charitas in clero & populo chriſtiano uigeat ne quiſq̄ per uexationes & afflictiones indebitas ꝓximum ſuum opprimere permittatur:ſicqꝫ iuſtitie ordine debito cuilibet miniſtretur: ut & uiris doloſis auferatur nocendi licentia:& quies ac tranquillitas rectorum nō facile perturbetur. Inoleuerūt autem hactenus intolerabiliū uexationum abuſus multi:dum nimium frequēter a remotiſſimis etiam partibus ad romanam curiam & interdum pro paruis & minutis reb⁹ ac negociis q̄plurimi citari & euocari cōſueuerunt:atqꝫ ita expenſis & laboribus fatigari ut nōnunquā cōmodius arbitrarentur iuri ſuo cedere:aut uexationem ſuam graui damno redimere q̄ in tam longinqua regione litium ſubire diſpēdia:ſic facile extitit calūnioſis opprimere paupes:ſic beneficia eccleſiaſtica plerūqꝫ minus iuſte per litiū anfractus obtēta ſunt dum iuſtis poſſeſſorib⁹ eorū ſeu quibus illa de iure cōpetebant:neqꝫ opes neqꝫ facultates ad illos ſumptus ſufficere poterat: quos longinqua profectio ad romanā curiam & litis agitatio in eadem depoſcebāt.Confundit etiam exinde ordo eccleſiaſticus dū ordinariis iudicibus ſua iurſdictio minime ſeruatur pecunie & facultates regnorū ac ꝓuinciarum hoc pacto nō parum diminute ſunt:Et quod uniuerſo eccleſiaſtico ordini admodū nocere cōpertum eſt: hi quos ad ſumma negocia chriſtiane religionis ſublimitas dignitatis euocabat minus illis reddebant intenti dū ipſorū mentes

nimiũ occupabat aſſidua cauſarũ multitudo:Que attendens hec ſctã Synodus:& pro reformatióe eccle
ſie dei in capite & in mẽbris iuxta poteſtatẽ ſibi a dño cõceſſam euigilans ut oia deinceps ordine cõgruo
peragantur ad ſalutẽ animarũ & pacem ac quietem cunctorum ſtatuit & decernit quod in partibus ultra
quattuor dietas a romana curia diſtantibus:oẽs quecũqꝫ cã exceptis maioribus in iure expreſſe enumera
tis:& electionũ eccleſiarũ cathedralium & monaſteriorũ quas imediata ſubiectio ad ſedem apoſtolicam
deuoluit:apud illos iudices in partibus qui de iure aut cõſuetudine ꝑſcripta uel priuilegio cognitionẽ ha
bent terminẽtur & finiantur.Et ne ſub umbra appellationũ que nimiũ leuiter & nõnunquã friuole hacte
nus interponi uiſe ſunt:atqꝫ etiam in eadem inſtantia ad ꝓrogationẽ litium ſepe multiplicari materia fo-
uendis iniuſtis uexationibꝰ relinquaƚ ſtatuit eadẽ ſancta Synodus:quod ſi quis offenſus coram ſuo iudice
habere nõ poſſit iuſtitie cõplementum:ad imediatum ſuperiorem per appellationẽ recurſum habeat: nec
ad quẽcũqꝫ etiam ad papam obmiſſo medio neqꝫ a grauamine i quacũqꝫ inſtantia: ante diffinitiuã ſnĩam
quomodolibet appelleƚ niſi forſitan tale grauamẽ extiterit. quod in diffinitiua ſnĩa reparari requiret:quo
caſu nõ alias ad imediatũ ſuperiorẽ liceat appellare.Si uero q̃ſpiam a ſedis apoſtolice imediate ſubiecto
ad ipſam ſedem duxerit appellãdum cã per reſcriptum uſqꝫ ad finem litis incluſiue in partibus cõmittatur:
Niſi forte propter defectum iuſtitie:aut iuſtum metũ etiã in partibꝰ cõuicinis:de quibus in cõmiſſione ex
primẽdis legittimo prius documẽto alias q̃ per iuramẽtum ſũmarie cõſtiterit apud ipſam ſedem foret me
rito retinenda.Et quicquid in cõtrarium huius ſaluberrimi decreti attẽptatum factum uel obtentũ fuerit
ſit nullũ ipſo facto.Litiganteſqꝫ qui contra fecerint in expenſis condemnenƚ.Romane uero eccleſie cardi
nales uicecãcellarium camerarium magnum penitentiarium prothonotarios & alios ſedis apoſtolice offi-
ciales actu in romana curia ſuis officiis inſiſtentes hoc decreto non intendimus cõprehẽdi : ne tñ in diſſo
lutionẽ uel tranſlationẽ ꝑſentis cõcilii aut erectionẽ conuenticuli apud ferrariam uel alibi ſub noie cõcilii
generalis quas dñs Eugenius papa quartus efficere conatus eſt:uel conaretur i futurũ cauſas ipſas & ma
xime incorporatorũ aut incorporandorũ in hoc ſacro cõcilio quas hec ſctã Synodus remitteret aut nõ reci
peret in curiam ipſius dñi Eugenii:aut prefatũ cõuenticulũ ferrarienſe uel aliud de facto trahi cõtigerit in
fomentũ diſſolutionis tranſlationis & erectionis predictorũ.Voluit eadẽ ſctã Synodus cauſas quaſcũqꝫ
pendentes & cõmiſſas:aut etiã quaſcũqꝫ cauſas incorporatorũ:atqꝫ alias per appellationẽ deuolutas aut
deuoluendas:necnon illas que obſeruationem decretorũ ipſius ſancte Synodi concernũt apud eandẽ Sy
nodũ ipſa durãte:ſeu donec aliter fuerit ordinatũ tractare ſaluis etiam aduocationibus cauſarũ pendentiũ
in romana curia per quecũqꝫ noſtra decreta factis aut faciẽdis.Decretis ẽt aliis & ordinationibus eiuſdẽ
ſctẽ Synodi in ſuo robore remanentibus.Datum in ſeſſione noſtra publica i maiori eccleſia Baſilieñ.ſolẽ
niter celebrata.ix.kalẽdas Februarii.Anno a natiuitate dñi. Milleſimoquadringẽteſimotrigeſimooctauo.

¶Decretum de collationibus beneficiorum.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ.in ſpiritusſancto legittime congregata uniuerſalem
eccleſiam repreſentãs.Ad perpetuam rei memoriam.Placuit diuine pietati hoc
tempore animos hominum qui uariis abuſibus irritari ceperant uehementius excitare ut ſalus quereretur
cunctorum:& per Synodum uniuerſalem eccleſie in melius reformarentur cum ſalutari directione capitis
& mẽbrorum in uiam iuſtitie & ſanctitatis.Quod ut facilius atqꝫ ordinatius fieret : & ne pretextu uaria-
rum opinionum aut romani pontifices:aut alii quicũqꝫ non ſatis uniuerſalibus conciliis obedirẽt prediſpo
ſuit eadẽ diuina pietas in ſacro Conſtantieñ.concilio ſynodorũ uniuerſalium iuriſdictionẽ ita declarari ut
nulli relinqueretur ambigẽdi occaſio cum decreto ſolẽni diffinitum extitit uniuerſale concilium habere au
ctoritatem imediate a chriſto cui quilibet cuiuſcunqꝫ ſtatus & dignitatis etiam ſi papalis fuerit obedire te
netur in his que pertinent ad fidem ad extirpatõem ſciſmatis & reformationem eccleſie dei in capite & in
membris ac pertinẽtibus ad ea.Dum autem hec cura reformande eccleſie huic ſancte uniuerſali Synodo
Baſilieñ.incũbit:hoc unum ſingulari ſolicitudine proſequendum arbitratur:ut per ſingulas eccleſias mini-
ſtri inſtituãtur idonei:qui ſcientiis & uirtutibus effulgeant ad chriſti gloriã & uniuerſi populi chriſtiani edi
ficationem ſalutarem cui rei graue ipedimẽtum hactenus afferre uiſa eſt gratiarum expectatiuarum multi
tudo que grauem ordini & ſtatui eccleſiaſtico perturbationem uariaſqꝫ inordinationes ac plurima diſcri-
mina comperitur inteciſſe.Ex his enim frequentius dati ſunt eccleſiis miniſtri non probati nec cogniti ua-
caturorumqꝫ beneficiorum expectatio ſicut antiqua iura teſtãtur occaſionem deſyderande mortis aliene
preſtare ſolet:quod plurimum preiudicat animarum ſaluti.Sed & inſuper lites innumere & contentiones
inter ſeruos dei excitantur:rancores & iurgia nutriuntur:Pluralitatis beneficiorum ſouetur ambitio: facul
tates ac pecunie regnorum & prouinciarum mirumimmodum exauriuntur pauperes diſcurrendo ad roma
nam curiam innumerabiles uexationes ſubeunt:& inter uiarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur : oc-
ciduntur : ac uariis affliguntur peſtibus : atqꝫ ſuis patrimoniis ac parentum opibus exhauſtis gra-
ui egeſtate ſubiacere coguntur. Plurimi abſqꝫ iuſto titulo beneficia ſibi uendicant : & non quibus iure de
bentur illa obtinent.Sed nonnunquam hii quibus aut circũueniendi proximum maior aſtutia:aut ad liti-

gandũ facultas ſuppetit uberior:ſub inuolutiõibus quoq3 prerogatiuarũ antelatiõnũ aliorũq3 huiuſmodi gratias cõcomitantiũ fraudes plurimas & deceptiões cõtigit inueniri.Iuuenibus etiã qui ſtudio litterarũ & uirtuoſis operibus intẽdere deberẽt datur materia euagãdi:qui ſepi⁹ per litiũ anfract⁹ & uarios diſcurſus ratione gratiarũ ipſarũ turbãtur & inquietant.Ordinariis collatoribus ſuũ miniſteriũ ſubtrahit̃ & cõfundatur eccleſiaſtic⁹ ordo dũ unicuiq3 ſua iuriſdictio nõ ſeruant̃.Romani pont.dũ officia inferiorũ nimiũ ſibi uendicant a maioribus & magis fructuoſis operibus uniuerſale bonũ concernentibus retrahuntur: nec inferiorum directioni atq3 correctioni inuigilant ſicuti publica utilitas expoſcit.Que omnia grauem cõfuſionem ſtatui clericali & ſacerdotali ſ diſpendium diuini cultus & p̃iudiciũ publice ſalutis afferunt. Poſſentq3 grauiorem in futurum afferre ruinam rebus his in deteriora iugiter ꝓlabentibus niſi ꝓuideretur in aduentum.Volens itaq3 hec ſancta Synodus ſuper his opportunum remediũ adhibere ſtatuit & decernit ut Romanus pontifex qui ꝓ tempore fuerit eas deinceps gratias expectatiuas:aut nominationes nullo mõ nulla ue ex cauſa concedat cum ipſe pre ceteris ne fit tantorũ occaſio malorũ abſtinere debeat.Fruſtra eñi inferioribus inhiberetur ſi ipſe qui alus debet eſſe oĩum bonorum & uirtutum exemplar nõ abſtineret. Vt enim ille ſanctiſſimus & doctiſſimus Leo papa inquit.Totius familie dñi ſtatus & ordo mutabit̃ ſi quod inquiritur in corpore non inuenitur in capite.Integritas ẽt preſidentium ſalus dignoſcitur eſſe inferiorum. Ceſſentq3 decetero iam facte & tam ipſe q̃ etiam fiende ſi que fiant nulle ſint ipſo facto : exceptis illis gratiis & nominationib⁹ſuper quibus proceſſus iam ſunt expediti:quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus quibus ad nos curſum cõſueuerunt habere tolerãdas duximus donec aliter fuerit ordinatum.Reſeruationes etiam particulares quecũq3 fuerint beneficiorũ uacaturorũ tam per Romanos pontifices q̃ p legatos ſedis apoſtolice decetero nulle ſint ipſo facto. Non tamen intẽdit prohibere hec ſancta Synod⁹hoc p̃ſenti decreto quo minus futuri romani põtifices tpe põtificatus ſui mõ honeſto:& cõuenientẽ de uno beneficio ad collationem in qua fuerint decẽ beneficia : & de duobus ubi fuerint quinquaginta & ultra diſponant.Ita tñ ut in eadem eccleſia cathedrali uel collegiata duas prebendas ſuo tẽpore non cõferant:ut qualificationes graduatorũ inferius deſignate in ipſis prebẽdis ſuum ualeãt ſortiri effectum.Neq3 etiã collationes per preuẽtionem fiendas intẽdit impedire decreto noſtro de reſeruationib⁹ quo ad cetera & aliis decretis huius ſancte Synodi in ſuo robore duraturis.Vt uero ceteri ad quos beneficiorũ dignitatum perſonatuũ officiorũ & adminiſtrationũ collatio ſeu que uis diſpoſitio ſpectat ad ꝓuidendũ litteratis uiris & ſciẽtia perornatis ſpecialius aſtringantur uoluit eadem ſancta Synodus certas qualitates uirorum litteratorum & graduatorum deſignari quibus certo ordine debeat prouideri prout inferius annotatur. Adiiciens ꝙ ſi per prelatos & doctores alicuius nationis in hoc concilio conſiſtentes pro bono ſue nationis aliter circa huiuſmodi qualificationes diſponendum uideatur in futurum quicquid per illos fuerit ordinatum & in generali congregatione preſentis concilii cõcluſum exnunc prout extunc ratum & firmum habeatur:& uim decreti habeat:ac ſi in preſenti decreto de uerbo ad uerbum exp̃ſſum foret. Quod ſi quis cuiuſcũq3 ſtatus etiam ſi cardinalatus patriarchalis pontificalis aut alterius cuiuſlibet dignitatis cõtra predictum ordinem & qualificationes ut premittitur deſignatas uel deſignandas de ipſis beneficiis dignitatibus perſonatibus officiis & adminiſtrationibus quouiſmodo diſpoſuerit eo ipſo ſit irritum & inane:Collatioq3 huiuſmodi ac prouiſio ſeu queuis diſpoſitio ad ſuperiorem proximum deuoluatur:qui ſimiliter habeat prouidere:quod ſi non fecerit ad alium ſuperiorem proximum deuoluatur gradatim uſq3 ad ſummũ pontificem aſcendendo.Non uolumus tamen ordinarios collatores & eos ad quos preſentatio ſeu alia q̃uis diſpoſitio beneficiorum ſpectat in quattuor menſibus quibus preſate gratie expectatiue uel nominationes curſum nõ habẽt donec ipſe gratie & noĩationes ad eorum collationem ꝓuiſionem preſentationẽ ſeu diſpoſitionem conceſſe ceſſauerint ad qualificationes infraſcriptas obſeruandas aſtringi.

¶ Sequuntur qualificationes & ordo in cõferendis beneficiis p ordinarios de quibus ſupra tactum eſt.

PRimo cum per generalis cõcilii ſtatuta ſancte ordinatum exiſtat ꝙ quelibet eccleſia metropolitica teneatur & debeat unum habere theologum qui ſua doctrina & predicationibus fructum ſalutis afferat:ordinat hec ſancta Synodus:ꝙ extendatur etiam huiuſmodi ordinatio ad eccleſias cathedrales taliter uidelicet ꝙ quilibet collator ipſarum prebendarum teneatur & debeat canonicatum & prebendam quã primum facultas ſe obtulerit:& inueniri poterit uni magiſtro licentiato uel in theologia bacalario formato qui per decẽnium in uniuerſitate priuilegiata ſtuduerit & onus reſidẽtie ac lecture & predicationis ſubire uoluerit quiq3 bis aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas ceſſante legittimo ĩpedimẽto legere habeat:& quotiens ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit ad arbitrium capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomade puniri poſſit.Et ſi reſidẽtiam deſeruerit de alio prouideat̃.Verũ tamen ut liberius ſtudio uacare poſſit nihil perdat cũ abſens fuerit a diuinis.Inſuper ꝙ in qualibet eccleſia cathedrali uel collegiata ultra predictã p̃bẽdam theologo ut premittit̃ aſſignãdam tertia pars prebẽdarũ

cōferatur graduatis alias idoneis modo & forma infraſcriptis:ſic ꝙ prima uacatura hmōi graduato: & de
inde poſt alias duas ſequens eodē modo cōferat̄ & ſic deinceps uidelꝫ magiſtris aut licentiatis ſeu bacala
riis formatis in theologia qui per decēnium in aliqua uniuerſitate priuilegiata: Doctoribus ſeu licētiatis
in altero iurium uel medicina qui ꝑ ſeptē annos in ſua facultate ſtuduerint in uniuerſitate ut ſupra Magi
ſtris ſeu licentiatis in artibus cum rigore examinis qui ꝑ quinquēnium in aliqua uniuerſitate a logicalibus
incluſiue: & ſupra in artibus uel i alia ſuperiori facultate ſtuduerint:necnō in theologia qui per ſex annos
uel in utroqꝫ aut in altero iurium:Bacalariis qui ꝑ triēnium ſi nobiles ex utroqꝫ parēte & ex antiquo ge
nere:alias aūt per quinquēnium:cōſimiliter in aliqua uniuerſitate priuilegiata ad minus ſuum ſtudium fe
cerint qui de ꝑdictis gradibꝰ tpe & nobilitate ſupradictis fidem facere teneant̄ collatori per legitima do
cumenta:exhortamur tamē ordinarios collatores ꝙ in cōferendis bñficiis hmōi preſertim quo ad dignita
tes reſpectū habeāt ſingulariter ad magiſtros necnō licētiatos & bacalarios formatos in theologia.In di
gnitatibus uero nō electiuis ꝑſonatibus adminiſtrationibꝰ & officiis dictarum eccleſiarū idē ordo modus
& forma in oibus obſeruent̄.Quod ſi quis ex dictis qualificatis tpe uacatiōis ꝑbēde ſeu dignitatis hmōi
alias duas obtineat ꝑbendas ſeu dignitates & ꝑbēdas aliā ſeu aliud beneficiū ſeu beneficia quod uel que
reſidēdo i altero ipſorū & horis diuinis intereſſendo ualeret ſeu ualerent uſqꝫ ad ſūmam ſeu extimationē
ducentorum florenorū camere.Similiter quicūqꝫ duas prebēdas cathedrales obtinuerit nullatenus in ipſa
tertia parte includi ſeu apprehendi cēſeatur.In eccleſiis autē parrochialibꝰ qui in ciuitatibꝰ aut uillis mu
ratis exiſtūt inſtituātur perſone ſic ut ſupra qualificate aut ad minus qui per tres annos in theologia uel al
tero iurium ſeu magiſtri in artibus qui in aliqua uniuerſitate priuilegiata ſtudentes fuerint & huiuſmodi
gradum adepti fuerint ſi tales potuerint inueniri:qui uoluerint huiuſmodi beneficiis deſeruire.Et ut faci
lius inueniri poſſint ſtatuit hec ſancta Synodus ꝙ quolibet anno durante tempore quadrageſime omnes
& ſinguli hoc modo qualificati de ipſa dyoceſi: & alii qui uoluerint habeant per ſe uel per procuratorem
ſua nomina exhibere illis ad quos beneficiorum curatorum collatio uel preſentatio ſpectat ſeu eorū uica
riis:quod ſi nō fecerint collatio ſeu ꝑſentatio uel diſpoſitio aliter q̄ ut premittitur facta non propter hoc
irrita cenſeatur.Et ſimiliter in collatione tertie partis prebendarum ſuperius memorata intelligatur ſi tot
graduati ſeu qualificati modo ꝑmiſſo potuerint inueniri:teneanturqꝫ ut ꝑmittitur ipſi graduati & qualifi
cati ſua nomina tempore predicto ipſis ad quos beneficiorū diſpoſitio ſpectat ſeu eorū uicariis exhibere
per ſe uel per ꝓcuratorē:Quod ſi nō fecerint collatio ſeu ꝑſentatio uel diſpoſitio aliter q̄ ut ꝑmittit̄ facta
non ꝓpter hoc irrita cēſeat̄.Si aūt illi ad quos bñficiorum queuis diſpoſitio ſpectat cōtra ſupradictarum
qualificationū deſignationē & ordinē aliquod bñficium ꝯtulerint ſeu ad ipm ꝑſentauerint uel quōlibet di
ſpoſuerint ſit ipſo facto irritū & inane uelut ſuperius ꝑmiſſum eſt: & nihilominus per ꝯcilia ꝓuincialia cū
in his defecerint:aut etiā ꝑſonis nō ydoneis quoquomodo ꝓuiderint iuxta tenorem ꝯſtōnis cōcilii genera
lis que incipit.Graue de prebēdis corrigant̄ & debite puniant̄.Illi uero ad quos beneficiorū regulariū ſpe
ctat collatio ſeu diſpoſitio ꝑtermiſſis indignis eadē religioſis ydoneis cōferant & aſſignēt. Quod ſi aliter
fecerint per eorū ſuperiores & capitula ꝓuincialia corrigantur & debite puniantur.

¶Decretum de ſuſpenſione domini Eugenii pape quarti ab adminiſtratione papatus tam in ſpiritualibus
quam temporalibus.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilien̄.in ſpiritu ſancto legitime cōgregata uniuerſalem
eccleſiā repreſentans:ad futurā rei memoriā.Audiuit ois eccleſia iam a plurimo
tēpore quo pacto hec ſancta Synodus inter cetera ob reformatiōem ipſius eccleſie dei in capite & in mē
bris ſpāliter cōgregata cum ſua decreta ſalubria paſſim cōtēni ꝓſpiceret abuſuumqꝫ deformitatē cōtinua
ri atqꝫ ēt plus ſolito inualeſcere in diuine maieſtatis offenſam: & uniuerſi ſacerdotii atqꝫ totius chriſtiane
religionis ruinā miſerabilē:uideretqꝫ periculoſiſſimū ſciſma ꝑ erectionē alteriꝰ ꝑtenſi cōcilii iſto durāte &
alia plurima ſcādala iminere pplo dei:ac uniuerſo orbi ꝑturbationē nō modicā ex reſiſtentia quā aduerſus
debitā reformationē eccleſie & ſalubria huiꝰ ſctē Synodi ubera opera dñs Eugenius papa quartꝰ diuiſio
nē aſſiduē fouēdo: & libitū ꝓprie uolūtatis decretis ac ordinationibꝰ Synodalibꝰ ꝑferēdo ꝑſtare uidebat̄.
Impulſa eſt poſt longā plurimorū annorū expectatiōem ſup regimine eccleſiaſtico ſalubrē ꝓuiſiōnē q̄rere
& ipſum dñm Eugeniū inducere:ut ea q̄ ſaluti ſuiipſius & uniuerſe eccleſie cōgruebāt in tantis tanq̄ urgē
tibꝰ neceſſitatibꝰ agere curaret: cū hoc ipm eidē ſctē Synodo maxie liceret atqꝫ iuberet ex ea aucte quā
a chriſto imediate accepit: cui uniuerſi fideles cuiuſcūqꝫ ſtatus ēt ſi papalis exiſtāt obedire tenētur i his q̄
ꝑtinēt ad fidē extirpatiōem ſciſmatis & reformationē eccleſie in capite & in membris ueluti determinatio
uniuerſalis eccleſie in ſacris ſcripturis fundata & in celeberrimo concilio cōſtantien̄: ꝓmulgata diffinit.
Adiiciens ꝙ qcūqꝫ cōtumaciter ipſi uniuerſali ꝯcilio obedire ꝯtēpſerit in ꝑdictis & ꝑtinentibꝰ ad ea cōdi
gne penitētie ſubiiciat̄ & debite puniat̄: ad alia iuris remedia ſi opus fuerit recurrēdo.Et tandē pridie ka
lēdas mēſis Auguſti nouiſſime ꝑteriti decreuit hec ſancta Synodus terminū ſexaginta dierum perempto
rie prefigere infra quē prefatus dñs Eugenius corā eadē ſynodo per ſe uel ꝑ alium cōpareret: ſi qua ſuper

ꝓdictis:ac aliis in dicto monitorio expreſſis ceteriſq; in futurū ꝓponēdis que pro tūc nō ſine rōnabili cā
tacebanť ꝑ ſui excuſatōe uel defenſiōe duceret ꝓponēda.Quo termino elapſo ſiue dict⁹ dńs Eugeni⁹ cō
pareret ſiue non hec ſctā Synodus ad ulteriora ꝓcedere decreuit cognoſcēdo & terminando ꝓut eccleſie
ſctē dei ſpū ſancto dictāte uidereť expedire.Sed quod cū dolore refeim⁹ ipſe dńs Eugeni⁹ intra aſſigna
tum terminū neq; ꝑ ſe neq; per aliū cōparere uoluit:aut minimā excuſationē ſi quā hēret tranſmittere:im
mo correctionē effugere uolēs diſſolutionē & trāſlationē cōcilii quā de iure non poterat de facto pendēte
termino attēptauit.Cū tū iam altera uice diſſolutionē huius cōcilii ꝑ eum attēptatā reuocaſſet declarans
eam irritā & inanē:dicēſq; ipſum conciliū pro reformatiōe eccleſie in capite & in mēbris legittime incoha
tum cōtinuatū fuiſſe & ꝓſecutionē hēre debere perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet.Quib⁹ attentis
elapſo dicte citatiōis termino ſuam cōtumaciā in publica ſeſſione ꝓmotores & ꝓcurator fiſcalis hui⁹ ſa-
cri cōcilii accuſarūt.Exigēteq; iuſticia hec ſctā ſynodus in ſua ſeſſione cōtumacia ipſam dñi Eugenii ſuffi
cienter accuſatā declarauit ipſumq; ꝯtumacē reputauit:decernēs ei⁹ abſentia nō obſtāte ad ulteriora pro
cedendū fore:ꝓut ipſi ſctē ſynodo uidereť cōſideratis neceſſitatibus & utilitatib⁹ uniuerſalis eccleſie.Et
q̄q̄ attenta contumacie magnitudine eadē ſancta ſynodus abſq; ulteriori expectatione in ea re procedere
potuiſſet : uolens tamen nihilominus cum omni manſuetudine & benignitate procedere ad inſtantiam
inclyte memorie Sygiſmundi romanorum imperatoris:et uenerabiliū archiepiſcoporū ceterorūq; illuſtri-
um principum electorum ſacri imperii per ſexaginta dies adhuc cenſuit differendum ut per huius ſancte
Synodi patientiā ꝓbareť:ſi ipſius dñi Eugenii animus ad ſalutē ſui ipſius & uniuerſalis eccleſie inclinari
ualeret.Confeſtim aūt plenius innotuerunt ea que aduerſus hanc ſanctam Synodum & eius ſuppoſita in
pretēſa diſſolutōe iam attēptata ipſe dńs Eugenius ꝑpetrauerat tranſ ferēdo hoc ſacrū conciliū in ciuita
tem Ferrarień.ſi contra ipm aut aliquē oratorū ſuorū ulterius ꝓcedereť.Et ꝑcipiēdo ſub penis & cenſuris
grauiſſimis quas tamen inferre non poterat:ſuppoſitis huius concilii ut ab eo diſcederent. qua in re de-
creta ſacre Synodi Conſtantień.& iſtius manifeſte uiolabat tranſ ferendo concilium pro libito uoluntatis
preter conſenſum ipſius:ac etiam uſurpando ſibi auctoritatem ſupra ſanctā Synodū de reformatione ec-
cleſie in capite agentē non recte ſentiens ut uidebať de auctoritate ſacrorum conciliorum:ac determinatio
nibus uniuerſalis eccleſie fidem concernentibus tam in ipſo Conſtantień.concilio quā in iſto promulgatis
ſuper obedientia quam ſummi pontifices Synodis uniuerſalibus exhibere tenentur:ac etiam ſciſma intro
ducens & aliud concilium iſto durante erigens quod non fore concilium ſed cōuenticulū ſciſmaticorū iam
ꝑcedentibus decretis fuerat declaratū ad diſſolutionē concilii iam ſemel per ipſum reuocatā iterum redeū
do:& ex modo diſſolutionis ac penarū adiectionis ſupra concilium iuriſdictionē in facto reformationis
aſſumēdo ſe non cōcilio ſed cōciliū ſibi obedire teneri factis ſuis ꝑteſtando.Merebaturq; tantarū tamq;
grauium offenſarum in eccleſia dei & ſcandalū ipſius iam pluries attemptatum ac preiudicium fidei mul
titudo ut illico in ipſum dñm Eugenium iuſti iudicii ſequereť ultio pro ipſius & uniuerſalis eccleſie ſalute.
Sed non immemor hec ſancta ſynodus materne pietatis adhuc expectare uoluit:ſi forte ipſe dńs Euge
nius a tanta inobediētia reſipiſcēs cōuertereť ad cor.Euidentiſſimiſq; iuribus & rationibus declarauit hāc
diſſolutionē & trāſlationē nullas penit⁹ eſſe nulliuſq; roboris & momēti cū omnib⁹ inde ſecutis.Intermiſ
ſa quoq; celeriori cōdignarū inflictiōe penarū hec ſancta Synodus eas dūtaxat penas aduerſus prelatū
dñm Eugeniū eo tunc ꝓmulgare duxit que aduerſus romanos pōtifices ſacra gñalia cōcilia diſſoluere &
ꝑturbare tēptantes ordinate fuerāt ut uidelicet niſi infra quattuor mēſes a die diſſolutionis & tranſlatiōis
per eū attēptatarū reſipiſceret cū ſactiſfactiōe reali ab omni adminiſtratione papali eſſet ipſo facto ſuſpē
ſus.Que quidē papalis adminiſtratio ad gñale cōciliū deuolutereť.Et ſi hanc penā per duos mēſes ſuſtine
ret aīo indurato poſt quattuor ꝑdictos menſes cōtra ipſum uſq; ad priuationem incluſiue per conciliū ge
nerale ꝓcedereť quas penas hec ſancta Synodus ipm dñm Eugeniū ſi nō reſipiſceret cū ſatiſfactiōe reali
ut ꝑmittiť declarauit:& nō ſolū declarauit:ſed etiā expreſſe decreuit incurſurū. Cum uero iam & prior ter
minus ſexaginta dierū indultorū poſt cōtumaciā accuſatā:& alius quattuor menſiū poſt diē ꝑtenſe diſſolu
tionis & tranſlationis huius cōcilii per ipſum dñm Eugeniū attemptatarū elapſi ſint & pendentibus ipſis
dilationibus nulla correctio aut emēdatio cōſpiciatur ꝓueniſſe:immo potius cōtinuatio abuſuū & defor
mitatū in offenſam diuine maieſtatis & interitum animarū rebellioq; & inobediētia dñi Eugenii aduerſus
ſcām Synodū uniuerſalē & decreta ipſius:ꝓcuratio inſuper aſſidua erectionis illius pretenſi cōcili Ferra-
rień.per trāſmiſſionē litterarum ad diuerſas regiones & cōuocationem plurimorū ad idem cōciliū quod fo
re conuenticulū ſciſmaticorū iam declaratū cōmemorauimus.Ex quib⁹ & auctoritatis ſacrorū cōciliorum
peſſundatio & reformatiōis eccleſie dei extinctio & inductio ſciſmatis inauditi per erectionē alterius pre
tenſi concilii iſto durante cōcilio:ac deniq; determinationum eccleſie uniuerſalis paruipenſio in leſionem
irreparabilem catholice fidei ſequeretur : niſi diuina pietas ſue eccleſie in tantis langoribus ſubueni-
ret urgetur tandem hec ſancta Synodus ne tanta mala diſſimulando aſſenſum illis preſtare uideatur &
ne facilitas uenie incentiuum tribuat delinquendi ſeu mali agendi cum leniora remedia non proficiant

utiliorē & ſalubriorē adhibere medicinā atqꝫ poſt uarias expectationes tandē ſaluti uniuerſalis eccl̄ie ꝓ
uidere: & ad ſuſpenſionē ipſius dn̄i Eugenii ab adminiſtratione papali: quā penā ſacra Cōſtātien̄. Synodꝰ
romanis pontificibus in uariis caſibus cenſuit inferendā ꝓcedere alias penas duriores adhuc pro ſua man
ſuetudine differēdo ut ſaltē per compulſionē iuſticie cū temperamēto miſericordie ipſius romani pontificis
animus ad ea que ſunt ſalutis & pacis in reformationē debitā eccl̄ie uniuerſalis & anime ſue & totius po
puli xpiani ſalutiferā edificationē ipſiuſqꝫ eccleſie futuris tēporibus pacificationē gratiſſimā: & auctorita
tis ſacrorū cōciliorū cōſeruationē ualeat inclinari. In uirtute igitur omnipotētis dei in cuius nomine hec ſan
cta Synodus cōgregata extitit: & a quo immediate poteſtatē ſup uniuerſos fideles cuiuſcūqꝫ dignitatis:
etiā ſi papalis exiſtāt ut p̄miſſum eſt accepit eadē ſancta Synodus p̄dictū dn̄m Eugeniū papā quartū ma
nifeſtū cōtumacē & in aperta rebellione perſiſtentē ac notorie incorrigibiliterqꝫ eccleſiā dei ſcandalizantē:
omnibus p̄miſſis tam coniunctim q̄ diuiſim attentis ab omni adminiſtratiōe papatus in ſpiritualibꝰ & tē
poralibus ſuſpēdit ac ſuſpēſum eſſe declarat ꝓceſſura tandē ad ulteriora uſqꝫ ad ſententiā finalē incluſiue
ſi opus fuerit ipſo domino Eugenio amplius nō uocato: prout utilitati & neceſſitati eccleſie ſpirituſancto
dictante cōſpexerit expedire. Omnē autē ipſius papatꝰ adminiſtrationē in his omnibꝰ que in ſpiritualibꝰ
& tēporalibus ad ſolū papā & ſedem apoſtolicā de iure ptinere noſcunt̄ eadē ſancta ſynodus ad ſeipſam
decernit & declarat eſſe deuolutā ne ꝓpter gubernationis defectū eccleſia interim uaria diſcrimina pati
poſſit decernens irritum & inane: quicqd durāte hac ſuſpēſione per ipm̄ dn̄m Eugeniū ratione papatꝰ fa
ctum fuerit uel attēptatū. Oēs quoqꝫ reges p̄ncipes cōmunitates & alios quoſcūqꝫ cuiuſuis ſtatꝰ & digni
tatis exiſtāt hec ſancta Synodꝰ monet & requirit: & eiſdē i uirtute ſancte obediētie & ſub diuini obteſta
tione iudicii mādat eccleſiaſticis uero perſonis quacūqꝫ dignitate: etiā ſi cardinalatꝰ patriarchali aut pōtifi
cali p̄fulgeāt ſub penis quas ipſo facto incurrāt excōmunicatōis & ſuſpenſionis ab omnibꝰ dignitatibus
bn̄ficiis & officiis quocunqꝫ nomine nuncupent̄: etiam ſi forent metropolitane aut chathedrales eccleſie
ſiue in titulū ſiue in cōmendā obtineant Vicariis autem gubernatoribus uaſallis feudatariis & ſubditis ro
mane eccleſie ſub pena priuationis ipſo facto omniū feudorū & aliorum quorūcunqꝫ iurium & priuilegio
rum que ab ipſa romana eccleſia obtinent diſtricte p̄cipit ut durāte hac ſuſpenſiōe pretextu cuiuſuis iura
menti ſubiectiōis aut promiſſe fidelitatis eidem dn̄o Eugenio nullatenus obediant. Ipſos quoqꝫ ad hmōi
iuramēta & promiſſiones durante ipſa ſuſpenſione nullatenus aſtringi declaramus: ſed adhoc ſacrum con
cilium in omnibus recurrāt pro quibus ad romanū pontificē recurrere ſoliti ſunt. Intendit enim hec ſancta
Synodus mōde iuſte ac ſancte neceſſitatibꝰ quorūcunqꝫ ꝓuidere. Mandat preterea in uirtute ſancte obe
dientie & ſub pena priuationis quā ipſo facto incurrant oīum ſuorū beneficiorū dignitatū officiorū cōmen
darū penſionū: & gratiatum quarūcūqꝫ: etiam expectatiuarū oibus & ſingulis ſancte romane eccleſie car
dinalibꝰ archiep̄is ep̄is & aliarū eccleſiarū prelatis officiariis & clericis quibuſcūqꝫ in romana curia exiſten
tibus cuiuſuis ſtatus & cōditionis exiſtant quatenus infra quadraginta dies proxime ſequentes poſt diem
preſentis Seſſionis a romana curia recedāt: Et deinde cardinales patriarche archiep̄i ep̄i & alii eccleſiaſtici
prout de iure uel cōſuetudine ad generalē cōcilium ire tenentur ſub penis iuris iter ſuum ſine fraude cōti
nuando ad hoc ſacrū cōcilium arripiant: reliqui uero qui ad generale cōcilium nō tenēt̄ uenire ad reſiden
dum & deo ſeruiēdum in ꝓpriis beneficiis uel ad hoc ſacrū generale cōciliū ſine mora diſpendio & omni
fraude ceſſante ſe trāſferāt & accedāt decreto noſtro quod incipit. Cōpatiens & aliis quibuſcūqꝫ huiꝰ ſctē
Synodi in ſuo robore duraturis. Omnes aūt cauſas tam eccleſiaſticas ſpūales q̄ etiā ꝓphanas ciuiles &
criminales atqꝫ mixtas inter quaſcūqꝫ perſonas cuiuſcūqꝫ ſtatus aut cōditionis exiſtant in romana curia
pendētes ab ipſa romana curia hec ſancta Synodus i eo ſtatu in quo ſunt ad ſe aduocat & aduocatas eſſe
uult & declarat expreſſe inhibens oibꝰ iudicibus auditoribꝰ & cōmiſſariis quibuſcūqꝫ p̄dicte curie: etiā ſi
cardinalatꝰ patriarchali pōtificali: aut alia quauis dignitate p̄fulgeāt: ne in p̄fatis cauſis ꝓcedere aut qcq̄
agere quouiſmodo p̄ſumāt. Quod ſi poſt noticiā huius decreti nr̄i quicq̄ fecerint penas excōicationis ipſo
facto incurrāt ab ipſius excōicatiōis ſn̄ia huic ſancte Synodo dūtaxat ipſa durante abſolutione reſeruata
aut cognitione iuſti impedimenti ſi qd̄ allegaret̄: quare a romana curia ad hanc ſanctā Synodū accedere
debentes non acceſſerūt: aut recedere debentes non receſſerūt. Cuius quidē impedimēti allegatas cauſas:
intendit hec ſancta Synodus diligenter cum benignitste ſcrutari. Quicquid autē contra hāc aduocationē
& inhibitionē attēptari contigerit ipſo iure decernit irritū & inane. Et ut fraudibus que excogitari poſſent
obuietur: qꝛ cū datarū anticipationibus p̄ntis ſuſpenſionis ac huius decreti noſtri eluſionē littere papales
uel aliorū ipſius auc̄te ſublata ante ipſam ſuſpenſionē produci poſſent: niſi ante huius decreti noſtri ꝓmul
gationē fuerint publicate eis nulla fides adhibeatur. Decernit tandem hec ſancta Synodus huius decreti
publicationem in preſenti Seſſione factam eiuſqꝫ affixionem in ualuis maioris eccleſie Baſilien̄. uim ha
bere monitionis citationis & executionis: & ita uniuerſos artare ut ſi perſonaliter apprehenſi & eis inti
matum fuiſſet. Datum in Seſſione publica in eccleſia maiori Baſilien̄. ſolenniter celebrata nono kalendas
Februarii. Anno a natiuitate domini Milleſimoquadringenteſimotrigeſimooctauo.

¶ Seſſio trigeſimaſecunda.

Sacroſctā generalis Synodus Baſilieñ. in ſpirituſancto legittime cōgregata uniuerſalē eccleſiā repñtās. Ad perpetuā rei memoriam. Pridē in decreto uigeſimenone ſeſſionis huius ſancte Synodi quod incipit: Cōpatiens. lucide extitit declaratū diſſolutionē huius ſancte Synodi & tranſlationem eius in ciuitatem Ferrarieñ. per dñm Eugeniū papā quartū de facto attēptatas tam in eo caſu quo cōtra ipm uirtute citatorii in noſtra uigeſimeſexte Seſſionis promulgati aut cōtra quēpiam pſidentiū in cōcilio oratorum ſuorū in aliquo pcederet̄ q̄ in eo caſu: quo grecos cōtingeret aduenire nullas eſſe penituſq; irritas & inanes hmōiq; diſſolutionē ac tranſlationem repugnare ueritati declarate p ſacrā Synodū Conſtantieñ. dicenti q̄ gñale conciliū uniuerſalē eccleſiam militantē repñtans ptātem a xp̄o immediate habet cui qlibet cuiuſcūq; ſtatus & dignitatis fuerit: ēt ſi papalis exiſtat obedire tenet̄ in hiis q̄ ptinēt ad fidē: extirpationē ſciſmatis: & gñalē reformationē eccleſie in capite & in mēbris quodq; ſi in hiis & ptinentib⁹ ad ea obedire cōtumaciter cōtempſerit cōdigne penitētie ſubiiciat̄: que ueritas in uerbis xp̄i fundata eſt: dicētis Symoni Petro ſi eccleſiā nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Quecūq; alligaueritis ſup terrā erūt ligata & in celo: & quecūq; ſolueritis ſup terrā erunt ſoluta & in celo: & poſt pauca ſubdit ubi ſunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum. Eadēq; ſacrorū conciliorū auctoritas ſuper romanum pōtificē & quēlibet alterū in actib⁹ apoſtolorū: declarationibus uniuerſalium conciliorum & doctrinis ſanctorū multipliciter inuenitur patefacta. Repugnabat quoq; talis diſſolutio & tranſlatio ueritati in hac ſancta Synodo: dudū multipliciter declarate: q̄ papa concilium uniuerſale ſine conſenſu ipſius diſſoluere non pōt aut de loco ad locū tranſferre cui dñs Eugenius poſt longā reſiſtentiā quā eidē ueritati in prima pretenſa diſſolutione huius concilii & trāſlatiōe in Bononiā olim factis: & per uniuerſum orbem publicatis: ſub colore reductiōis grecorū quā ēt ueluti cauſam neceſſariam ꝓtunc allegabat tandē aſſenſit reuocans hmōi diſſolutionē & trāſlationē: & dicēs ea non obſtāre conciliū a tpe ſue incohatiōis legittime continuatū fuiſſe & decernēs ac declarans irritā & inanē ac ēt reuocans: quicquid per eum aut ſuo nomine factum attēptatū ſeu aſſertū erat cōtra ipm Baſilieñ. conciliū ſeu eius auctem: & deinceps a grauaminibus eidē inferēdis abſtinere pollicitus eſt ꝓut p quartādecimā Seſſionē huius ſc̄tē Synodi pñte ſedis apoſtolice legato: & pluribus ſancte romane eccleſie cardinalibus aſſentiente: Etiam inclyte memorie Sigiſmundo Romanorum imperatore ſibi fuerat indictum: In qua Seſſione forma prefate reuocationis & confeſſionis ueritatis p ipſum dñm Eugeniū faciēde decreta fuerat. In hac quoq; ueritate cōquieuit uniuerſa catholica eccl̄ia reputās ipſam diſſolutionē p eū ſine cōſenſu cōcilii minime fieri potuiſſe: Nec ullatenus aduerſus ueritatē repugnādū & ad errorē ſemel dimiſſum redeundū cām aſſumere potuit ipſe dñs Eugeni⁹ ex p̄dicto citatorio: In quo poſt plurimas admonitiōes ſibi factas: ut aliquā emendationē poneret efficacē in eccleſiaſtico regimine miſerabiliter defluente & decreta ſalubria per hanc ſanctā Synodū edita ſuſciperet: aliiſq; exempla bonorū operū preſtaret ſeipſum & ceteros dirigendo in uiam ſalutis cum ipſe ex aduerſo in cōtemptū huius ſancte Synodi: & toti⁹ eccleſie deſolationē plurimarūq; diuiſionū ſuſcitationē ſaluberrime reformationē ipſius corporis eccleſie lōgo tēpore reſiſteret: uniuerſalis eccleſia cōgregata ipſum dñm Eugeniū ſicut mater filiū delinquētem in uiam ſalutis dirigere ſatagēs. Et ſicut Paulus rephendit petrū corā omnibus cū non ambularet ad ueritatē euāgelii eundē dñm Eugeniū arguens atq; ex auctoritate a chriſto eidē eccleſie data corripiens defectus notorios in quibus animā ſuā & uniuerſam rēpublicā nimiū grauabat cōmemorauit uocans ipm & alios conuocans: ut in regimine eccleſie ſalutaris apponeretur ꝓuiſio: qđ poſt longā tolerantiā tandem id agere impulſa fuit hec ſancta Synodus: dum poſt cōtemptū reformationis ſalutaris: ad ſuſcitationē grauiſſimi ſciſmatis & leſionē ueritatis ipſiuſq; matris eccleſie ulnerationē grauiſſimā idem dñs Eugenius realiter procedebat cui per p̄dictū citatorium ſumme neceſſariū erat obuiare: dum ſub coloribus exquiſitis: eādem ſanctam Synodum & eius opera diſſipare: atq; quoddam conuenticulū in loco ſue uolūtati dedito: nulliter ac de facto erigere inſciſſuram eccleſie diſpoſuerat: cuius rei pficiende gratia iam triremes & oratores in greciam tranſmittebat ad impediendum aduentum grecorum in locum p hanc ſanctā Synodum nominatū & perturbandū effectum noſtre legationis in conſtantinopolim tranſmiſſe: atq; rumpendum ea que inter ipſam Synodum & grecos concordata erant in quibus etiam ipſe dominus Eugenius expreſſe conſenſerat. Sed nec ullū colorem diſſoluendi hoc ſacrum Baſilieñ. concilium & ipſum in ferrariam tranſferendi in caſu aduentus grecorum prefatus dominus Eugenius potuit aſſumere ex cedula per quandā pretenſam Seſſionem conuenticuli Ferrarieñ. ut dicitur cōmemorata: quam cedulam illi conuentionalem dixerunt ſuper termino Auinioneñ. p̄fixo in expeditione pecuniarum facienda: quam ſi non facerent alium locum nominare ſeu eligere poſſemus: & teneremur atq; aliunde uniuerſali eccleſie prouidere: uel ex quadam alia cedula quam temerarie decretū appellant incipiēte hec ſacroſancta Synodus inter ſue congregationis exordia: quod in uigeſimaquinta Seſſione huius ſancte Synodi pmulgatū allegarūt cū ex rōnabilibus & neceſſariis cauſis in ipſa noſtra ſeſſiōe uigeſimaquin

ta nominationẽ triũ locorũ Baſilee Auinionis & Subaudie ꝑ ycumenico cõcilio celebrando ſolẽni decreto
noſtro incipiẽte Nuper hec ſancta Synodus: publicauerimus: uolẽtes eam incõcuſam & iuiolatã ꝑmanere:
omnẽq; aliã noiationẽ ſeu electionẽ cuiuſcũq; alterius loci decernẽtes irritã & inanẽ: uniuerſiq; facile con
cipiunt dñm Eugeniũ ex his rebus nullũ fundamẽtũ erectionẽ ꝓfati cõuẽticuli aſſumere potuiſſe: qui ue-
ritatẽ geſtorũ cõſiderãt: q̃q; enim inter deputatos quoſdã nr̃e cõgregatiõis actũ fuerit: ut niſi ꝑ Auinioneñ.
infra prefixũ terminũ fieret pecunie expeditio: ad aliã nominationẽ ꝓcedendũ foret atq; in nr̃a gñali ogre
gatione cõcluſum nõ tñ dici põt hãc Synodũ ꝑ uiam cõtractus cũ aliquo cõueniſſe: nullꝰ eñ in tũc aderat
cum quo cõtractũ hmõi celebraret: nec uenit in dubiũ quẽq̃ cũ ſeipſo nõ poſſe cõtrahere cũ inter ſponden
tem recipientẽq; ſponſionẽ debeat eſſe diſtinctio pſonarũ: ipſius aũt nr̃e cõcluſionis interꝑtatio declaratio
moderatio mutatio iuxta caſus occurrẽtes: atq; omnimoda diſpoſitio ad ipm cõciliũ ptinebat: maxime cũ
non agerẽ de facto priuato cuiuſcũq; pſone ſed de rebꝰ ſtatũ uniuerſalis eccleſie cõcernentibꝰ: quarũ diſ-
poſitio ab uniuerſali cõcilio ſub directiõe ſpũs paracliti cõſtituto: p cuiuſcũq; aut quarũcũq; pſonarũ arbi
trium nõ tollit. Superuenit aũt ꝓteſtatio legatorũ ſedis ap̃lice aduerſus decretationẽ loci Auinioñ. qui pari
ter cũ Baſilea & Subaudia in ipſa cõcluſione cõcorditer capta iunctꝰ erat: Que ꝓteſtatio nõ modicã occa-
ſionem retrahẽdi animos auinioneñ. a predicta expeditiõe pecuniarũ preſtabat fuerũtq; ex alia parte per
dñm Eugeniũ & ſuos aduerſus hãc expeditionẽ pẽdente termino aſſignato grauia impedimẽta in Auinio
ne ꝓſtita idq; accidit ut oratoribꝰ nr̃is in Auinioñ. uenientibus: ꝓcipui gubernatores ciuitatis tunc abſentes
eſſent: ſine qbꝰ res non poterãt tractari. Quibꝰ deinceps aduenientibꝰ ita actũ eſt: ut Auinioñ. ipſi circa ter
minũ ꝓfixũ capitaneũ triremiũ nr̃arũ de triginta milibꝰ & octingẽtis florenis auri de camera cõtentarẽt: &
oratores noſtros de reſiduo totius pecunie expedite cautos ac ſecuros facerent: prout ipſi oratores noſtri
hoc idem ſuis litteris nobis intimauerũt. Requirebãt aũt ipſi Auinioneñ: ut decretationẽ electionis ſeu no
minationis loci per nos facte expediremus: Que nos attentius cõſiderãtes & intentioni huius ſancte Sy-
nodi ſatiſfactũ eſſe iudicãtes p talẽ expeditionẽ pecuniarũ attẽtis maxime impedimẽtis interea appoſitis
quoniã legitima impedimẽta in omni cõcluſione rerum agendarũ intelligunt excepta: cũ & per hũc modũ
longe melius ꝓuidebat uniuerſali eccleſie: q̃ dimittẽdo oĩa que parata erant pro legatiõe mittẽda in Gre-
ciam: & intrãdo magnas difficultates electionis alterius loci in turbatiõe rerũ agendarũ: maxime quoniam
urgebamur conuentiones noſtras cum capitaneo claſſis triremium eccleſie initas ſeruare: cui dilectus
eccleſie filius Iulianus tituli ſancte Sabine preſbyter cardinalis legatus ſedis apoſtolice uexillum eccleſie
& baculũ ꝑegrinatiõis in nr̃a cõgregatione generali noĩe nr̃o tradiderat: cũq; iam grãdis ſumma pecunie ꝑ
Auinioneñ: aſſignata erat cõcluximus ad ipſam decretationẽ locorũ prius electorũ uidelicet Baſilee Aui-
nionis. & Sabaudie ꝓcedendũ fore: Et due partes huius ſacri cõcilii & amplius in eandẽ ſniam cõuenerũt:
licet pauci de hoc nõ cõtenti aliũ locũ ꝑ celebratiõe ycumenic. cõcilii nominare & deputare ꝓſumpſerũt:
abſq; hoc qđ talis poteſtas eis cõpetere declarata fuiſſet: Quibus nec cõpetebat de ſtatu totius cõcilii &
uniuerſalis eccleſie: factiſq; fidei ſeu ptinentibus ad ea cõtra cõſenſum duarũ partiũ cõcilii & morem ꝑma
xime in gñalibus conciliis a principio naſcẽtis eccleſie obſeruatũ diſponere: qui tamẽ adhuc in nominãdo
loca nõ cõcordes extiterũt: pauciſſimiq; fuerũt: qui tandẽ in hoc reſediſſe dicũtur qđ nominationẽ facerẽt:
utini & florentie aut alteriꝰ loci qui tutus eſſet ac pape & grecis accõmodus: qbꝰ galeas & pecunias prio
expediret. In aliqua quoq; noſtrarũ quattuor deputationũ in qua octuaginta pſone erant unus ſolus for
mã talis noiationis ueluti decretandã ꝓpria uoluntate ꝓduxiſſe ſolus deliberaſſe & cõcluſiſſe dicit In aliiſ
q; deputationibꝰ ualde pauci hoc idẽ egiſſe dicunt aduerſus ordinatões huius ſancte Synodi & demũ cũ
Seſſionẽ noſtrã ſup decretatione locorũ Baſilee Auinioñ. & Sabaudie celebraremꝰ: legeretq; noſtrũ decre
tũ in ambone maioris eccleſie Baſilieñ. iuxta morẽ cõſuetum Vnus ex illis pauciſſimis in loco inferiori &
inſolito: quandã cedulam legere ꝓſumpſit a paucis uel nullis intellectã: que nominationẽ locorũ utini & flo
rentie aut alterius loci ut ꝓmittit per pauciſſimos factã cõtinere dicebat: qui etiã in ea Synodũ generalẽ
cõtra cõſenſum duarũ partiũ cõcilii & amplius ſe ut dicit appellare preſumebant licet nulliter & de facto.
Sed nõ ꝓpterea dimiſimꝰ decreti noſtri ꝓfati publicationẽ ſup nominatiõe Baſilee Auinioñ. & Sabaudie
cõtinuare qđ aliã nominationẽ irritã declarauit Nam & ſi ita ꝑmitterẽ ut longe minor pars in cõciliis gña
libus aduerſus partẽ multo maiorẽ aliqua decretaret ſibiq; auctoritatẽ totius cõcilii aſſumeret. Ingreſſus
periculoſiſſimus ad multas diuiſiones excitandas in futurũ: & deſtructionẽ ipſorũ cõciliorũ ꝓberet: neq;
litteras ſup illo ꝓtenſo decreto ſic per nos irrito declarato bulla huiꝰ ſancte Synodi bullari tollerauimus:
licet quidem falſo & clãdeſtine aliquas bullauerint: ſicut eas falſo bullatas fuiſſe declarauimꝰ per ſolenne
decretum in uigeſimaſeptima Seſſione huiꝰ ſancte Synodi promulgatum. Sed nec ipſius pretenſi decreti
tenorem obſeruauit dñs Eugeniꝰ: immo effectũ eiuſdẽ: ſi quis fuiſſet euacuauit dũ florentiã que in illo ut
dicit nominata erat & pecunias atq; galeas diſponebat per eũ acceptatam reiecit & deinde Bononiam
ſicut fertur poſtremo Ferrariã pro libito ſue uolũtatis elegit ac etiam priuſq̃ greci ad portũ aliquẽ citrama
rinum applicaſſent cõciliabulum in ipſa ciuitate Ferrarieñ. erexit: neq; ad ipſum arbitrari ſpectabat: quis

locus tutus erat pro cõcilio celebrando: cũ ipſe talem locũ tutum iudicare poterat quẽ ſancta Synodus minime tutũ reputaſſet. Nec aſſerere poteſt ſibi facultatẽ per pſatũ ptẽſum decretũ attributã: ut nũc in uno loco nũc in altero ꝓut uellet cõciliũ fieri ordinaret ac de eius ſecuritate iudicaret: qđ nec illi pauci fecerunt nec ſub noĩe generalis ſynodi aduerſus ſynodum ipſam & eius libertatem atq; auctoritatem tale aliquid faciendi ipſamq; uoluntati pape ſubiiciendi colorem aliquem habuerũt neq; etiã in cõcilio unq̃ cõuenerũt ad iudicandũ uel declarationẽ faciendũ ſuper ſecuritate loci Ferrarieñ: aut adimpletione primo facta: ex parte loci illi⁹ in expeditione galearũ: & pecuniarũ de quibus in ipſo ptenſo decreto agi dicebat. Deniq; nec p eos qui illud cõdidiſſe dicuntur hoc obſeruatũ extitit firmiter in Baſilea ſteterũt: donec greci ad portũ applicuiſſent. Quodq; deinde infra menſem receſſerunt ad locum ipſis grecis per oratores concilii nominatum: neq; in hoc cõuentiones cũ grecis concordatas obſeruarunt: ſicq; tã & ſi pretenſum illud decretum aliquã apparentiã prius habuiſſet: quã tamẽ ueraciter nõ habuit: fuit ex cõſequẽtibus effectib⁹ euacuatũ: ipſumq; caſſum nullum & irritum penitus eſſe: & fuiſſe nulliuſq; roboris & momẽti: decernit & declarat hec ſancta Synodus inhibens ne quis quacũq; dignitate: etiã ſi papali pfulgeat dictũ ptenſum decretum ſub nomine legittimi & ſynodalis decreti audeat nominare: nec illius executioni fautores quomodolibet impedire: ſub penis & cẽſuris cõtra uiolatores & turbatores unitatis ac pacis eccleſiaſtice a iure impoſitis: in quas decernit hec ſancta Synodus eos incidere ipſo facto: notũ faciens uniuerſis ſuum uerum decretum legittime cõcluſum ex aſſenſu duarũ partiũ & amplius iuxta decreta & ordinationes ipſius: & ex cõmuni oĩum ſuppoſitorũ cõcilii cõcordia nemine diſcrepante uera eius bulla plumbea bullatum ueraciter p eam fuiſſe obſeruatũ: & in executionem deductum conuentioneſq; initas cum grecis ex parte ſua quantũ in ſe fuit adimpletas extitiſſe: Que quidem ſancta Synodus oratores ſuos uenerabiles epõs uiceñ. & lauſaneñ. & nicodum de menrone militem cum galeis & pecuniis in greciam miſit: qui coram imperatore romanorũ & patriarcha cõſtantinopolitanõ omnia ex integro adimplere obtulerunt: que ipſis promiſſa fuerant ſicuti ſolẽniter cũ atteſtatione publicorum notariorum nobis facta iudicauit locumq; ycumenici cõcilii celebrandi nominauerũt: qui antea per ipſos grecos in ſuis conuentionibus expreſſe acceptatus fuerat & cõcordatus. Porrõ etiam tali loco aptiorem aſſignauerunt requirẽtes eoſdem imperatorem & patriarcham ut pariter ſua promiſſa adimplerent: qui ſe excuſauerunt ſuper non aduentu eorum allegantes tempus adimplendarum promiſſionum elapſum fuiſſe: prout per litteras ſuas nobis reſcripſerunt: quãquã tamen huic reſponſioni fuerit plene ſatiſfactũ per oratores noſtros quoniã ipſi cõuenienti tempore menſe ſcilicet Februarii anno preterito ab hoc ſacro concilio receſſerant pro ueniendo illuc ante terminum aſſignatum ſi non fuiſſent multiplicia impedimenta ſibi deinceps obiecta: que notoria ſunt: quoniã in conuentionib⁹ cum grecis per nos initis expreſſe tantũ erat omnia intelligi debere bona fide ſine fraude & dolo: & abſq; impedimento legittimo & manifeſto ſed ultra hec etiam prefatus impator alteri oratorum noſtrorum Iohanni de Raguſio in ſacra theologia magiſtro ordinis predicatorum apud eum exiſtenti dixerat ſe eſſe cõtentũ ſi ut oratores ipſi & galee ante menſem octobris in Cõſtantinopolim nõ uenirẽt. Plurimas uero practicas in grecia factas: accepimus p eos qui ex parte dñi Eugenii tranſmiſſi fuerunt: ut aduentum ipſorũ grecorum ad alterum locorum per nos nominatorum impedirent: atq; ipſos in locum quẽ uellet dominus Eugenius attraherent: Et in una triremi in qua principalis oratorum ſuorum preſens erat. Nuncius quidẽ quem noſtri oratores premiſerant cum litteris huius ſacri concilii & plurium principum chriſtianorum captus eſt: ueluti per debitam informationem cognouimus: nec deinceps de uita eius quicquam nobis aut noſtris oratoribus compertum extitit. Domus quoq; prefati Iohannis de Raguſio oratoris noſtri in Conſtantinopoli inuaſione baliſtariorum fuit impedita: aliaq; ibidem facta ſunt: que non eſt neceſſarium recitare per ſingula: ut ſic ad fines ſuos pertingere poſſent per quos miſerat dominus Eugenius: ita ut noſtros oratores ſine grecis ipſis proteſtatione tamen ſolenni contra eoſdem prius facta redire oportuerit. Que omnia preualẽre non potuerunt aduerſus ueritatem. Sic hec ſancta ſynodus cuncta cum grecis concordata ex parte ſua adimpleuit: nec per ipſam remanſit quo minus concilii ycumenici celebratio cum grecis in loco etiam per eos nominato habita fuerit. Iuxta ea que cum ipſis conuenta erant: ſi illi promiſſa ſua ſeruaſſent aut per alios non fuiſſent impediti ſeu retracti: Intenditq; & proponit eadem ſancta ſynodus deo aſpirante auctoritatem & ueritatem catholice & uniuerſalis eccleſie quam ipſa repreſentat: ac integritatem fidei orthodoxe iugiter illeſas conſeruare pro honore ipſius omnipotentis dei: & ſalute animarum: nec bono ipſius uniuerſalis eccleſie conueniens exiſtimat per quaſcunq; practicas aut queſitos colores: etiam ſub ſpe dubia proſequendi modis aliunde excogitatis alia negocia quorum euentus incerti ſunt: auctoritatem conciliorũ uniuerſalium conculcari: ueritates declaratas per eccleſiam & fidem orthodoxam cõcernẽtes ꝓſterni: uiam aperire romanis pontificibus ad diſſoluẽdã cõcilia gñalia p uarios modos ſine ipſorũ cõſenſu: ex quo facilẽ ptãtem datã ad edificationẽ in deſtructionẽ uerti contingeret: reformationẽq; eccleſiaſtici ſtatus: pro quã iam tot ſunt adhibiti labores fruſtrari: atq; ipſius eccleſie ſtabilitatẽ & decorem hoc modo deperire in perditionem animarũ & totius populi xpiani lamen

tabile detrimētum. Sic enim poſſemus & iſta bona maxima exnunc perdere: & illa alia nō acquirere: atq̧
ſic totam eccleſiam in cōfuſione relinquere. Primū quidē nobis incūbit eccleſie fidē ueritatē: & auctoritatē
cōſeruare: & deinceps cunctos ad eius unitatē redire uolētes ſyncera charitate amplecti: ꝓut & nos ſem
per parati ſumus & erimus. Cum itaq̧ ea nulla eſſe & penitus inualida: que dn̄s Eugenius aduerſus hāc
ſanctam ſynodū: in ipſius pretenſa diſſolutione & trāſlatione in Ferrariam notorie cōſtet: ipſumq̧ cōuen
ticulum ferrarieñ. nō fore cōcilium ſed ſciſmaticorū cōuenticulum: dudū prefato decreto uigeſimenone ſeſ
ſionis huius ſctē ſynodi declarauerimus meritoq̧ penam ſuſpēſionis ab adminiſtratione papali in ſpūali
bus & tēporalibus jam dudū cōtra romanū pōtificem cōcilium uniuerſale ſine ipſi⁹ cōſenſu diſſoluere aut
trāſferre attēptantē ordinatā. In ipm dn̄m Eugeniū tulerit & latā eē declarauerit hec ſctā ſynodus. Ac ēt
quaſcūq̧ ſnīas. penas & cēſuras excōicationis priuationis inhabilitationis interdicti: & alias cōtra huius
ſctē ſynodi ſuppoſita & eidē adherētes: per ipm dn̄m Eugeniū latas & ferēdas caſſas & nullas fuiſſe &
eſſe declarauerim⁹. Nō neceſſe arbitramur ut denuo ad ea caſſandū & irritandū ꝓcedamus: q̄cūq̧ p ipm
dn̄m Eugeniū: aut p̄fatum Ferrarieñ. cōuēticulū facta ſunt: aduerſus eādē ſynodū quecūq̧ eius ſuppoſita
& quoſcūq̧ ipſis adherētes: ēt ante ipſius dn̄i Eugenii ſuſpēſionē ab adminiſtratione papali: & q̄ durante
ipſius ſuſpēſione: aut p̄fato cōuenticulo facta ſunt fiunt aut fient in futurū: in qbuſcūq̧ per ipm uidelicet
dn̄m Eugeniū rōne papatus aut ipm cōuenticulū ſub generalis aut ycumenici cōcilii noie: qui ēt uictualia
ſuppoſitis huius ſctē ſynodi auferri: & portantes ea ſpoliari: eorūq̧ ſpolia primo capiētium occupanti ce
dere mādauit: que q̄ grauia ſint aduerſus uſem eccleſiā & quāta reprehenſione digni ſint qui talia agunt:
cuncti cōſpicere poſſunt. Nos quoq̧ oibus & ſingulis manifeſtātes ueritatē declaram⁹ oia p̄dicta p ipm
dn̄m Eugeniū aut ipm cōuenticulū facta & faciēda: ēt cōtra dilectos eccleſie filios ciues Baſilieñ. & eorū
ciuitatē nulla penitus caſſa & irrita fuiſſe & eſſe: nec aliquē ipſi⁹ dn̄i Eugenii p̄fatiq̧ cōuenticuli p̄ceptis
mādatis aut ꝓhibitionibus: ēt p̄textu cuiuſcūq̧ iuramēti aut obligationis in quibuſlibet predictis teneri
obedire: imo potius ad non obediēdū illi oēs & ſingulos catholicos ex precepto dn̄i & eccleſie ſponſe ei⁹:
quā ab oibus audiri iubet eſſe aſtrictos. Requirimuſq̧ & monemus uniuerſos fideles xp̄i ut eccleſie ca
tholice per hanc ſanctā ſynodū rep̄ſentate firmiter adhereant uſq̧ in finē nec ullis tēptationibus p uolun
tatē cuiuſcūq̧ ſuſcitatis & ſuſcitādis ab ipſius eccleſie firmitate & ueritate ſuos aios dimoueāt cōfidentes
in ſuperno ſaluatoris noſtri auxilio qui ad eccleſiā ſuam dixit Ego uobiſcū ſum uſq̧ ad cōſūmationē ſecu
li: manētesq̧ p̄ſeueranter in ipſa eccleſie domo. Que ut ait beatus Hieronymus declarans ſacre ſcripture
ueritatē dicit edificari ſupra firmā petram: q̄ unica colūba appellatur: que ſponſa pulchra ſine ruga & ma
cula: que domus etiā claues accepit & poteſtatē ligandi & ſoluēdi: hanc domū ſi quis corrigentē corripiē
tēq̧ cōtempſerit ſit tibi inquit ſicut ethnicus & publicanus: ſoliditatēq̧ fidei ſemp teneant. Memorantes
ēt dictum illud beati Cipriani: alienus eſt: ꝓphanus eſt: hoſtis eſt: habere nō pōt deum patrem: qui uni
uerſalis eccleſie nō tenet unitatē. Inſuper qm̄ in ſupradicto decreto uigeſimenone noſtre ſeſſionis penas
& cēſuras iuſtiſſimas ꝓmulgauit: hec ſancta Synodus aduerſus oēs qui ad p̄fatum cōuēticulū Ferrarieñ.
accederēt aut mitterent: p̄cepitq̧ ſub eiſdē penis & cēſuris omnib⁹ & ſingulis in curia quā dn̄s Eugenius
quondā tenebat: aut etiā actu defacto tenet exiſtētibus ut ſi cōuenticulū Ferrarieñ. per eum erigi cōtige
ret ab eius curia recederent & deinceps declarata ſuſpenſione ipſius ab adminiſtratione papali: ēt ſub pe
nis & cenſuris in decreto noſtre trigeſimeprime ſeſſionis cōtentis mādauimus: ut infra quadraginta dierū
ſpacium ab eadem curia recederēt. Ideo oēs & ſingulos in cōuenticulo Ferrarieñ. aut pretenſa ipſius dn̄i
Eugenii curia exiſtentes: & in predictis noſtris decretis cōprehenſos: qui eorūdē decretorū monitionibus
nō paruerūt citat hec ſancta Synodus ut trigeſima die a data p̄ſentis decreti cōputādo in noſtra generali
cōgregatione ſi tunc eam celebrari cōtingat: alioquin in ꝓxima ſubſequēte: compareāt coram eadem ſctā
Synodo uiſuri ſe declarari i penas p̄dictas incidiſſe: aut iuſtitias cās ſi quas hēant allegaturi: quē terminū
ipſis pemptorie & una uice ꝓ omnib⁹ hec ſctā Synod⁹ duxit aſſignādū & aſſignat. Decernēs ulterius cō
tra eos ꝓcedendū fore & declarādū ꝓut iuris & rōnis fuerit. Quorū oium noia & cognomina hēri uult ꝓ
ſufficienter expreſſis. Inſuper cū in pria ſeſſione huius ſctē ſynodi pene excōicationis anathematizatiōis
& interdicti decrete fuerint aduerſus oēs & ſingulos qui quaſcūq̧ ꝑſonas eccleſiaſticas uel ſeculares ad
hoc ſacrū cōciliū uenientes ſeu in eo ſtantes aut ab eodē recedētes temeritate ꝓpria p ſe uel aliū ſeu alios
arreſtare inuadere capere detinere incarcerar̄ mutilare occidere uel bonis ſuis ſpoliare uel iniuriis affligere
ſeu ipſos ſic delinquētes receptare aut alias quōlibet impedire ſeu ea perpetrātiū facta & cōmiſſa rata &
grata hēre uel eis dare ɔſiliū auxiliū uel fauorē publice uel occulte directe uel indirecte p̄ſumpſerint uel
p̄ſumpſerint in futurū: q̄ pene ſolēni decreto ɔcilii Cōſtantieñ. aduerſus p̄dictos ſūt ordinate: ultra eaſdē pe
nas & cenſuras quas oēs & ſingulos qui mādato p̄fati dn̄i Eugenii: uel p̄fati cōuenticuli Ferrarieñ. quicq̄
p̄dictorū fecerint aut faciēt in futurū exp̄ſſe incurriſſe & incurſuros eſſe decernim⁹ ac declaram⁹: ēt cōtra
eoſdem tanq̄ contra fautores ſciſmatis ad grauiora procedendū fore decernit hec ſancta Synodus omni
bus aliis decretis & ordinatōibus eiuſdē ſancte ſynodi in ſuo robore duraturis. Decernit tandē hec ſancta

Synodus oēs & ſingulos ſupradictos per publicationem preſentis decreti in ualuis maioris eccleſie Baſilieñ.affigendum perinde artari ac artatos intelligi: ac ſi dicte citationis ordinationis & declarationis executio ad eorum proprias perſonas facta fuiſſet. Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolenniter celebrata.ix.Kalendas Aprilis.Anno a natiuitate domini.M.cccc.xxxviii.

¶ Seſſio trigeſimatertia de ueritate fidei catholice.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalē eccleſiam repreſentans:ad perpetuam rei memoriam. Sicut una eſt xp̄i eccleſia que ut ait apl'us eſt colūna & firmamentū ueritatis:ſic omnia eccleſie mēbra unitatem ſemper obſeruare neceſſe eſt in profeſſione catholice ueritatis : atq3 fideliter & firmiter credere quicquid per ipſam eccleſiam de ueritate fidei fuerit declaratū:ut non ſicut paruuli fluctuantes circūferant omni uento doctrine aut per repugnantium dogmatū ueritatē in diuiſiones & ſciſmata ꝓlabanť.Dudū aūt in ſacra Conſtañ.ſynodo cōueniēs catholica eccleſia ueritatē de gñaliū cōciliorū aucte ſolēniter declarauit.Deinde in hac ſacra gñali Baſilieñ. ſynodo eandē neceſſariā declarationē ſub eodē qui ſequiť tenore innouauit.Primo ꝙ gñalis ſynod⁹ in ſpiritu ſancto legittime cōgregata generale conciliū faciens eccleſiā catholicā militantē repreſentans poteſtatem a xp̄o immediate habet:cui quilibet cuiuſcūq3 ſtatus uel dignitatis:ēt ſi papalis exiſtat obedire tenetur in his que pertinent ad fidē:ad extirpationē ſciſmatis & ad gñalē reformationē eccleſie in capite & in mēbris.Itē declarat ꝙ quicūq3 cuiuſcūq3 dignitatis: etiā ſi papalis exiſtat:qui mādatis ſtatutis ſiue ordinationibus aut preceptis huius ſancte ſynodi:& cuiuſcūq3 alterius concilii generalis legittime congregati: ſuper premiſſis ſeu ad ea pertinentibus factis uel fiendis obedire contumaciter contempſerit:niſi reſipuerit cōdigne penitentie ſubiiciať debite & puniať: etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrēdo. Cūq3 ſicut prefertur quilibet cuiuſcunq3 dignitatis:etiam ſi papalis exiſtat cōcilio generali in p̄miſſis obedire teneať : declaratū ēt fuerat frequēter ac dilucide ꝙ ipſum gñale conciliū pro premiſſis in aliquo premiſſorū actu congregatū ſine ipſius conſenſu per nullū quauis auctoritate ēt ſi papali dignitate preſulgeat diſſolui transferri:aut ad aliud tempus ꝓrogari pōt.Et licet has eſſe ueritates fidei catholice ſatis conſtet ex pluribus declarationibus p̄cedentibus tam in p̄ſato Cōſtantieñ.concilio q̄ in hoc Baſilieñ.factis ad maiorē tamen ſoliditatē & firmitatē oium catholicorū in unanimi ꝓfeſſione ueritatū ipſarū : hec ſancta ſynodus diffinit declarat:prout ſequitur. ¶ Veritas de ptāte concilii generalis uniuerſalem eccleſiam repreſentantis ſupra papā & quēlibet alterū declarata p Cōſtātieñ.& h' Baſilieñ.gñalia ꝯcilia eſt ueritas fidei catholice.

¶ Veritas hec eſt ꝙ papa cōcilium generale uniuerſalem eccleſiam repreſentans actu legittime congregatum ſuper declaratis in preſata ueritate in aliquo eorū ſine eius cōſenſu nullatenus auctoritatiue poteſt diſſoluere : aut ad aliud tempus prorogare:aut de loco ad locum transferre eſt ueritas fidei catholice.

¶ Veritatibus duabus predictis pertinaciter repugnās eſt cenſendus hereticus. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ.ſolēniter celebrata.xvii.kaleñ.Iunii. Anno a natiuitate dñi Milleſimo quadringenteſimotrigeſimonono.

¶ Seſſio trigeſimaquarta de depoſitiōe Eugenii pape quarti.

Sacroſctā generalis Synodus Baſilieñ.in ſpiritu ſancto legittime congregata uniuerſalē eccleſiam repreſentās:Ad futurā rei memoriam.Proſpexit dñs de excelſo ſancto ſuo:de celo in terrā aſpexit:ut audiret gemitus plorantis eccleſie ſuper perditionibus aīarum precioſo Ieſu xp̄i ſanguine redēptarum:& malis innumeris q̄ in religionē xp̄ianam irruerūt.Et qm̄ iuſtus eſt ipſe dñs & iuſtitias dilexit in unū hoiem p quē ſcādalum uenit uniuerſo orbi:& quo grauiter peccāte atq3 correctionem ſpernēte ira ſuper oēm populū uenire uideť iudiciū facere diſpoſuit p miniſteriū eccleſie ſue cōgregate:in noie ipſius xp̄i ſaluatoris omniū qui ait:Vbicūq3 fuerint duo uel tres cōgregati in noie meo:ibi ego ſum in medio eorum:Et qui de pctōre nolente eccleſiam audire dixit:Si eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.Eiuſdē quoq3 diuina prouidentia preuidēs reſiſtētias & oppugnatiōes quas aduerſus reformationē eccleſie dei & auctoritatē ſacrorū gñalium conciliorū ipſam eccleſiā rep̄ſitantiū ac bonum publicum totius religionis chriſtiane ſuſcitaturus erat in tpe ſuo Eugenius papa quartus:quātaq3 ſcandala diuiſiones & ſciſmata facturus in orbe ſacrā ſynodū Cōſtañ.excitauit per ſpiritū ſanctū ut declarationē ueritatis fidei catholice toti orbi explicaret dicente ꝙ cōciliū gñale uniuerſalem eccleſiā rep̄ſentās ptātē a xp̄o imediate habet:cui qlibet cuiuſcūq3 dignitatis ēt ſi papalis exiſtat obedire tenetur in his que pertinent ad fidem:extirpatiōnē ſciſmatis & reformationē generalem eccleſie in capite & in mēbris. Item ꝙ ſi qs cuiuſcūq3 ſtatus uel dignitatis ēt ſi papalis exiſtens qui mādatis ſtatutis ſiue ordinationib⁹:aut preceptis ipſius cōcilii gñalis in predictis & ptinētib⁹ ad ea cōtumaciter obedire cōtēpſerit niſi reſipuerit condigne penitentie ſubiiciatur & debite puniať etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrendo.Qua ſiquidē declaratione uiam parauit miſerator dñs per quā eccleſia dei in p̄ſatū Eugeniū multiplices exceſſus

q adeo notoriū ſunt qđ nulla tergiuerſatiōe celari pōt ꝑpetrantē et cōtumaciter eccleſiā audire ac ꝑceptis ſtatutis & ordinationib⁹ ſynodalib⁹ obedire cōtēnentē iuſtū iudiciū ferre hēret iuxta cui⁹ ueritatis decla rate diſpoſitionē hec ſctā Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legitīe ꝯgregata uſēm eccleſiā repſentans ne ceſſariū eē iudicis ut cui pia nō ꝓdeſt correctio debita nō parcat abſciſio. Poſtq̄ i multa longanimitate pa cientia & māſuetudine poſt plures admonitiones expectauit eūdē Eugeniū ut ſalutarē emēdationē & ex ceſſuū ꝑdictorū correctionē efficeret tandē cū ampli⁹ differri nō poſſit quominus catholice fidei & ſaluti uniuerſe chriſtiane religionis ſub auxilio ſpirit⁹ paracliti ꝓuideat ne ex ulteriori protelatione iuſtitie ſan guis pereūtium aīarum de noſtris manib⁹ requiratur ſed cū diligētia ſalubre regimē gregi dñico prebeat: ut poſtq̄ ueritas de terra militantis eccleſie orta eſt & iuſtitia de celo ꝓſpexit deus ipſe donet benignitatē & terra noſtra proferat fructū ſalutarē oriaturq; ſimul noſtris dieb⁹ iuſtitia & abundātia pacis. Eadē ſctā Sy nodus pro tribunali ſedens p hanc ſuam ſnīam diffinitiuā quā fert in his ſcriptis ꝓnūciat decernit & decla rat Gabrielē prius nominatū Eugeniū papā quartū fuiſſe & eſſe notoriū & manifeſtū cōtumacē mādatis ſeu ꝑceptis eccleſie uniuerſalis inobedientē: & in aperta rebellione perſiſtentem uiolatorē aſſiduū atq; cō temptorē ſacrorū canonū ſynodaliū pacis & unitatis eccleſie dei: perturbatorē: notoriū uniuerſalis eccleſie ſcādalizatorē: notoriū Symoniacū piurū incorrigibilē ſciſmaticū: a fide deuiū: ptinacē: hereticū: dilapidato rē iuriū & bonorū eccleſie inutilē ac dānoſum ad adminiſtrationē romani pontificii omni titulo gradu ho nore & dignitate ſe reddidiſſe indignū: quē ꝓpterea eadē ſancta Synod⁹ a papatu & romano pontificio ipſo iure priuatū eſſe declarat & pronūciat: ac ipſum ab eiſdē amouet: deponit priuat: & abiicit decernēdo nihilominus cōtra eundē ad executionē etiā aliarū iuris penarū ad quas hec eadē ſctā Synodus hac eadē ſua ſnīa ipſum cōdēnat ulteri⁹ fore ꝓcedendū ac eidē inhibet ne deinceps pro papa uel romano pontifice ſe quouiſmodo nominet ſeu gerat. Oēſq; chriſticolas ab ipſius obedientia fidelitate ac iuramētis & obliga tionib⁹ eidē quōlibet ꝑſtitis abſoluit & abſolutos eſſe declarat: ac oībus & ſingulis chriſtifidelib⁹ inhibet ſub penis fautorie ſciſmatis & hereſis ac priuationis omniū beneficiorū dignitatū & honorū eccleſiaſtico rū & mundanorū. Et aliis penis iuris etiā ſi imperialis regalis cardinalatus patriarchalis Archiepālis aut epālis dignitatibus aut ēt ſi cōitates uniuerſitates & collegia exiſtant: quibus ſic cōtra hanc inhibitionē fe cerint ſint auctoritate huius decreti ac ſentētie ipſo facto priuati & alias iuris incurrāt penas: ne eidē Ga brieli notorio ſciſmatico periuro heretico ſcādalizatori incorrigibili ptinaci priuato depoſito amoto & tali ter declarato tanq̄ ſūmo pontifici obediant pareant & intēdant aut eū quomodo ſuſtineāt uel receptēt. Aut ſibi auxiliū ꝯſiliū uel fauorē ꝑſtent: necnō ꝓnunciat decernit & declarat eadē ſctā Synodus oēs & ſin gulos ꝓceſſus inhibitiōis ſnīas cēſuras ꝯſtōnes ordinatiōes & alia quecūq; per eū aut alios quoſcūq; fa ctos & facta qui poſſent ꝑmiſſis obuiare irritos & inanes irrita & inania nulliuſq; fuiſſe aut fore roboris uel momenti. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ. ſolēniter celebrata. vii. kalen das Iulii. Anno a natiuitate domini. Milleſimoquadringenteſimotrigeſimonono.

¶ Seſſio trigeſimaquinta de ſtabilitate concilii Baſilieñ.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cōgregata uniuerſalē eccleſiā repſentans ad fu turam rei memoriam. Diligētibus deū nihil i hoc ſeculo tam graue uideri debet qđ ab ope ribus charitatis in eius gloriā & animarū ſalutē explēdis animos eorū retrahat cū & bea tus Paulus apl̄us dixerit: neq; mors neq; uita poterit nos ſeparare a charitate dei q̄ eſt in chriſto Ieſu dño noſtro. Idcirco hec ſancta ſynodus i noīe ipſius chriſti ſaluatoris cōgregata nō obſtāte qui buſcūq; impedimētis opera ſancte reformatiōis eccleſie ſancte dei & ſalutis uniuerſorū q̄tum conceſſerit diuina pietas cōſtanter & pſeueranter ꝓſequi deſiderans atq; iam ſemoto p iuſtitie rectitudinē precipuo obſtaculo qđ p inutilē & dānoſam adminiſtrationē romani pōtificis maxime oberat unitati paci & debite gubernationi ipſius eccleſie pacē cunctorū q̄tū fieri pōt ꝓquirere cupiens: Cū i decreto undecime ſeſſionis eiuſdē ſctē ſynodi ſtatutū fuit ꝙ hec preſens Baſilieñ. cōcilium non poſſit diſſolui niſi cōſentientibus dua bus partib⁹ eiuſdē cōcilii ſcrutatis uotis ſingulorū. Primo in ſingulis deputationibus. Et deinde i cōgrega tione gñali ac demū i ſeſſione publica decretatione ſubſecuta: Et deinceps ſuper mō ponēdi materiā diſſo lutionis concilii in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa concluſio recepta pridie Idus decē bris. Anno a natiuitate domini Milleſimoquadrigenteſimotrigeſimooctauo ſtatuit decernit & declarat ꝙ per receſſum cuiuſcunq; ſtatus aut dignitatis ab hac ciuitate Baſilieñ. etiam ſi cardinalatus patriarchalis aut pontificalis exiſtat non ſit neque cēſeatur concilium diſſolutum niſi iuxta formam & modū ꝑdictorū decreti & cōcluſionis cōceſſum fuerit. Et quoniam ac ſoliditate ſtabilis ꝑmanentie concilii debite obſerua ta res ardue q̄ in manib⁹ ſunt poterūt maturius & ordinati⁹ tractari. Et ꝑcipue circa electionē futuri ſūmi pontificis que maiorem attētionē reqrit non intendit hec ſancta ſynodus ante terminū ſexaginta dierum in decreto ſeptime ſeſſionis eius ſuper ipſa electione in hoc concilio fienda prefixum computandorum a die depoſitiōis Gabrielis olim dicti Eugenii pape quarti que fuit ſeptimo kl̄as Iulii ad hmōi electionē

pcedere.Effluxo aũt hmõi termino decernit ad eandẽ electionẽ in ſacro ↄcilio fore pcedẽdũ modis & for
mis p ipm ↄciliũ declarãdis.Vt aũt ſub uirtuoſo & idoneo paſtore quẽ a dño dari ſperam⁹ fiat oium xpia-
norũ unio & abũdantia pacis.Volẽs hec ſctã ſynodus cũ reali effectu cũctos quãtũ in ſe eſt inuitare ad pa
cem oẽs & ſingulos ſequẽtes curiã ptenſam q pſati Gabrielis olim dicti Eugenii obediẽtiã & adherẽtiã in
in totũ dimiſerint.Et huic ſacro ↄcilio realiter & cũ effectu infra terminũ hmõi ſexaginta dierũ a tpe predi
cte depoſitiõis cõputandorũ adheſerint atq; de his coram eodem cõcilio per ſe uel alios legittime docue
rint infra terminum predictũ intendit benigne amplecti & recipere ac eorum ſtatui & indemnitati conuenit
enter prouidere.Datum Baſilee in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilieñ.ſolenniter celebrata.
vi.idus Iulii.Anno a natiuitate dñi. Milleſimoquadringenteſimotrigeſimonono. apoſtolica ſede uacante.

¶ Indulgentie incorporatis conceſſe.

Sacroſancta gñalis Synod⁹ Baſilieñ.&c.Dilecto eccl'ie filio &c.Grata p te nobis & uniuer
ſali quã in ſpũ ſctõ legittime ↄgregata repñtam⁹ eccl'ie hacten⁹ impẽſa: & que
adhuc ipẽdere nõ deſiſtis ↄdigne pſtringẽtes obſeqa illis reddunt interi nõ imerito p que obſeqa fructuo
ſa tibi ſint & ad me cedere ualeãt aie ſalutis incremẽtũ.Dudũ ſiqdẽ oib⁹ & ſingulis q tantũ nře ↄgregatio
ni incorpati fuerũt.Et ẽt uſq; ad feſtũ aſſumptõis beate Marie uirginis tũc futurũ incorparent: ac nobiſcũ
in uinea dñi per ſex menſes laborarũt: & in antea laborarent hmõi eorum labores & obſequia condigna
ſalutarium retributionum premiis compenſare cupientes litteras noſtras conceſſimus in hec uerba.

Sacroſancta gñalis ſynod⁹ Baſilieñ.&c.Ad futurã rei memoriã. Benigna uniuerſalis eccleſie
puidẽtia theſauros ſpũaliũ gratiarum a xpo ſibi cõceſſas laborãtibus in uinea dñi
merito diſpẽſare curat:quo magis labores ac ſolicita ſtudia in pſecutõe ſalutis aiarũ & publici boni xpia
ne religiõis & exaltationẽ fidei catholice cõferãt.Vt ſic fructuoſis eorũ opib⁹ digna repẽdant pmia:& ad
uberiora meritorũ incremẽta feruẽtius excitemur.Virtuoſum igitur & laudabilẽ zelum ſuppoſitorũ huius
ſancte Synodi fidelia obſequia xpi eccleſie in ſuis neceſſitatibus & aduerſitatibus exhibẽtium ut pro in-
cohatis ſanctis operibus cõmunẽ xpianorũ utilitatẽ concernẽtibus aſſidue laborantiũ attẽta ↄſideratione
penſantes:& laborib⁹ eorũ digna ſalutariũ retributionũ munera elargiri cupiẽtes : ut oẽs & ſinguli q huic
ſctẽ ſynodo incorpati reſident pſonaliter in eadẽ & antea p ſex menſes reſiderũt : ac ẽt qui hucuſq; ad fe
ſtum aſſumptionis Marie uirginis eidem ſancte ſynodo incorporati fuerint poſtq̃ per totidem menſes in
eadẽ reſiderũt: necnõ & illi q in nřis & ipſius eccl'ie negociis extra locũ huius ſacri cõcilii p nos miſſi ſunt
ac ut pfertur nobiſcũ per totidẽ mẽſes laborarũt cuiuſcũq; ſtat⁹ gradus ordinis ul' cõditionis fuerint:etiã
cardinalat⁹ patriarchali archiepali epali abbatiali pemineãt dignitate ſingulos ↄfeſſores idoneos ſeclares
& regulares pſbyteros eligẽt.Qui totiẽs quotiẽs opportunũ fuerit ipſorũ ſingulorũ cõfeſſionib⁹ diligẽter
auditis ipſis ſingulis in ſynceritate fidei unitate obediẽtia & deuotiõe ſcẽ uniuerſalis & romãe eccl'ie atq;
nřam & ſummi põtificis p tpe legittimã adminiſtrationẽ papatus habẽtis pſiſtẽtib⁹ p penis & cẽſuris a iu
ris cõſtitutiõe uniuerſalis cõcilii uel ap'lica aut alia q̃uis uel ab hoie gñaliter pmulgatis oib⁹ debitã abſo
lutionẽ impẽdere atq; iniũgere ualeãt penitentiã ſalutarẽ . Niſi forſitan talia fuerint pter q̃ ſedes ap'lica
fuerit merita cõſulẽda : necnõ ẽt uota pegrinatiõis abſtinẽtie & ſilia p eos emiſſa.Exceptis tñ uotis pegri
natiõis romãe hieroſolymitãe & ſcti Iacobi i cõpoſtella i alia pietatis opa cõmutare. Quodq; pterea pdi
cti uel alii ſiles ↄfeſſores p ſinglos eoꝝ icorpatoꝝ & icorpandoꝝ eligẽdi ſingulos ſel'i uita:& ſel'i mortis
articulo ipſoꝝ ſingu'orũ ſiſib⁹ ↄfeſſionib⁹ auditis eis ſingulis pterq̃ in homicidii uolũtarii caſu aliis p pec
catis oib⁹:ẽt ſi talia fuerit pter q̃ ſedes ipſa merito ↄſulẽda exiſteret auctoritate uniuerſalis eccl'ie & nřa
debite abſolutiõis bñficiũ ipẽdeř ac pniam ſalutarẽ iniũgeř plenariã remiſſionẽ oiuz pctõrũ ſuoꝝ ↄcedẽtes
ipſoſq; & ipſorũ quẽlibet a qbuſuis excõicationũ ſuſpẽſionũ & iterdicti ſingulis aliiſq; eccl'iaſticis cẽſuris
& penis a iure ul' ab hoie gñaliter ẽt p legatorũ uel ſubdelegatorũ ſedis pdicte aut uniuerſaliũ conciliorũ
uel ap'lice ſedis aut puincialis uel quoſlibet ſynodales cõſtitutiões ſiue iuxta regularia quorũlibet ordinũ
iſtituta incurriſſe quõlibet cenſebunt:ẽt ſi propterea ad ſedẽ ipſam uel aliũ quẽcũq; ſpãlis habendus foret
recurſus ſi id humiliter petierit iniũctis eis inde pro mõ culpe ſimili pnia:necnõ aliis que fuerint iniũgẽda
aucte pdicta ẽt abſq; cuiuſuis alterius ſuper hoc requiſita licẽtia abſoluere atq; etiã ſemel ut premittitur
in uita quecũq; uota peregrinatiõis abſtinẽtie & ſil'ia in alia pietatis opa cõmutare ẽt ſi talia ſint pp que
ſedes ap'lica merito foret ↄſulẽda.Et cũ eis & eorũ quolibet ſup irregularitate ſi q̃ hmõi ſniis aut eoꝝ aliq̃
ligati miſſas & alia diuina officia non tñ in contemptũ clauium celebrando uel ſe illis immiſcẽdo uel alias
q̃litercũq; pterq̃ in bigamia uel homicidio uoluntario contraxerint abolendo.Etiã oẽm inhabil itatis irre-
gularitatis & infamie maculã ſiue notã per ipſorũ quẽlibet premiſſorũ occaſione contractã eadẽ auctorita
te diſpenſare ipſoſq; & eorum quẽlibet ad quaſcunq; dignitates ẽt ſi cardinalatus pñarchal' archiepalea
epales & alias qualcũq; necnõ perſonatus adminiſtratões officia & bñficia quecũq; eccl'iaſtica & curam
aiarum hñtia que indebite ac minus canonice alias tñ colorato titulo ẽt ſi p ſimonie labem: nõ tñ per uio
lentiã aut ptextu lřarum & inſtrorũ falſo fabricatorũ adepti ſunt & poſſidẽt ipſis tñ dignitatibus bñficiis

officiis in quorũ adeptiõe labes ſimonie interuenerint ſuis in manib⁹ p̄dictorũ cõfeſſorũ libere reſignatis rehabilitare: aliaqꝫ eis poſt reabilitationẽ hmõi denuo abſqꝫ alicuius iuris p̄iudicio cõferre: & de illis ꝓuidere: & alias deſup ipſorũ ſtatu & indemnitatibus cõſulere etiã ad alias quaſcũqꝫ dignitates ut p̄mittit̃ & bñficia illis canonice cõferendas aut cõferenda rehabilitãdo ac in omnib⁹ & per oĩa libere & licite poſſint & ualeãt prout romanus põtifex pro tẽpore in legitima adminiſtratiõe papatus cõſtitutus quomodolibet facere poſſet. Ita tamẽ ꝙ ipſorũ ſinguli de fructib⁹ per eos ex dignitatib⁹ ꝑſonatib⁹ adminiſtratiõib⁹ officiis & bñficiis huiuſmodi indebite ꝑceptis: aliq̃lem portionẽ ꝓ fabricis & ornamẽtis eccleſiarũ ſeu aliis pro uſibus iuxta uoluntatẽ & diſcretionem cõfeſſorũ p̄dictorũ expõere debeãt ac etiã teneant̃. Et quibus quidẽ abſolutionib⁹ abolitionib⁹ diſpenſationib⁹ & ꝓuiſionib⁹ etiã in iudicio & extra ubi opus fuerit ſtari uolumus ꝑſonis incorporatis & incorporãdis p̄dictis auctoritate ipſius uniuerſalis tenore p̄ſentium indulgemus. Volum⁹ autẽ ꝙ cõfeſſores ipſi de his q̃bus ratione p̄miſſorũ fuerit impendẽda ſatiſfactio etiã ſimilis incorporatis p̄dictis pro tp̄e cõfitentibus per ſe ſi ſupuixerint uel ꝑ heredes ſuos aut alios ſi tunc forte trãſierint faciendã iniungãt: quã ipſi abſoluti uel heredes aut alii p̄miſſi facere & adimplere teneant̃ ut p̄fertur. Et ne ꝙ abſit aliqui propter hmõi gratiã reddant̃ ꝓcliuiores ad illicita poſterũ cõmittenda uolum⁹: ꝙ ſi ex cõfidentia remiſſionis hmõi aliquis uel aliq incorporato ſi p̄dictorũ aliqua forte cõmitteret quo ad illa remiſſio eis nullatenus ſuffraget̃ quoniã etiã ad eos q a nobis receſſerũt & ad diſſolutionẽ ſeu derogationẽ auctoritatis p̄ſentis ſacri cõcilii improbis auſibus ma hinati ſunt uolumus aliq̃tenus extẽdi. Nulli ergo hominũ oĩno liceat hanc paginam nr̃e cõceſſionis & uolũtatis infringere uel ei auſu temerario cõtrarie. Si qs aũt hoc attẽptare p̄ſumpſerit indignationẽ omnipotẽtis dei & uniuerſalis eccl'ie ſe nouerit incurſurũ. Datum Baſilee. v. kalendas Iulii Anno a natinitate dñi. M.cccc.xxxix. apoſtolica ſede uacante.

